



**Conciones siue Conceptvs Theologici Ac Prædicabiles R.
D. Petro Bessæi SS Theol. Doct. Reg. Galliar. Oratoris**

De Sanctorum Festiuitatibus Anni totius, & aliis solemnitatibus - Opvs
Novvum, Figvris, Allegoriis, Similibvs Ex Sacris profanisq[ue] Scriptoribus
plenißimum, cum occurentium fidei controuersiam tractatione Editio
Qvinta. Nvnc Demvm Integre Svppletæ, Concionibvs Per Octauam Vener.
Sacramenti ...

Besse, Pierre de

Coloniae Agrippinae, 1629

In Festo S. Mariae Magdalenæ.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56262](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56262)

mini, vos inquam, qui non nisi Dei amorem, sanctorum cultum, ac salutis vestre securitatem sectamini: vos etiam, qui non nisi Deo quiete tranquilleque seruiendi rationes inquiritis, & vt paulatim à mundo recedatis, honeste ab hominum contubernio vos subducatis, & à terrenorum negotiorum turba vos sequestretis, omni ratione contenditis, & in S. Benedictum oculos conicitate, sublustre hos speculum contemplantini, eius ad exemplum vitam instituite, ad illum vota conuertite, illum vt patronum eligitis, vt duces sequimini, omnes denique cogitationes, verba, actiones, ac reliquam vitæ rationem ad eius vitæ operumque imitationem & exemplum semper componite.

Tu vero Beatissime vir, Cœnobitarum sol, anachoretarum fulgor, solitariorum lumen, magne & omni ratione admirabilis Benedicte Religiosorum decus, Dei famulorum gloria, Christi Jesu militum antesignane, sanctorum monachorum Patriarcha, ordinis maximi amplissimi que, & quo nullus in Ecclesia aut laicus patet, aut nobilitate præstantior est, fundator, sancte inter sanctos reliquos sanctitate admirabilis, inter homines vitæ austeritate incomparabilis, inter perfectos omnes charitate inæstimabilis, Gloriose Benedicte, pietatis norma, religionis columna, omnis perfectionis exemplum, & piorum sanctorumque exercitiorum magister; pro nobis, obsecro. Deum deprecare, noster esto patronus & intercessor, fac inquam, beatissime miles Benedicte, vt tua hic in terra sequentes vestigia, mundi scilicet contemptum, vanitatum fugam, castitatis honorem, pauperatis affectum, obedientiæ perfectionem, proximi charitatem, necnon cœlicorum desiderium gaudiorum, & Dei imprimis amorem, quæ sunt viæ ad salutem tendentes, inde, confecto tandem vitæ huius curriculo ac stadio ad gloriæ sempiternæ urbem pertingamus: cuius nos ciues & possessores reddant,

Pater, Filius ac Paracletus Spiritus, sanctus, Amen.

Bessai rom. 3. De Sanctis.

IN FESTO S. MARIE MAGDALENÆ.

Partitio.

1. De lachrymarum efficacia.
2. De muliere peccatrice, an publica & soror Lazari.
3. De mulierum ingenere vanitatibus, & vitis.
4. De circumstantiis peccatum huius peccatrice aggranantibus.
5. De grauitate peccatorum urbanorum.
6. De peccatrice promittente & lachrymantem.

Et ecce mulier, qua erat in ciuitate peccatrix. Luc. 7.

FIGURA.

ECQUIS non admiretur descriptam illam ^{Apoc. 17.} in Apocalypsi meretricem, superbam, eulatam, insolentem, purpura amictam, auro rutilantem, gemmis & omnigeno lapide pretioso fulgidam, manu poculum aureum gestantem, quam principes terræ & reges sequebantur proni cultu supplici, & adorabant, quæque velut immunditiæ ac libidinum trophæum & notam infame pudendumque præferebat nomen, Mater fornicationum? Verum longe maiorem admirationem ac stuporem præferat, qui re ipsa Ierosolymæ hodie cernit, quod non nisi in imagine & figura in Apocalypsi videbatur illustrem inquam mulierem, sanguine mobilem, diuitiis affluentem, pulchritudine excellentem, ætate floridam & omnigenis dotibus cumulatam: mulierem inquam regifico vestitam luxu, dissolute viuentem, insolentem vt quæ maxime, omnibus prauo ad peccandum exemplo prælucentem, ab amatoribus permultis frequentatam, & in deliciis habitam, quæque in fronte, velut dissolutionis, lasciuix ac libidinis argumentum ac testimonium præfert, infamem illum probrosamque titulum, peccatrix: Hæc ipsa est Maria Magdalena, quam hodie vobis representare velut in theatro est animus,

fff Spiritus

Spiritu S. modo placeat vires & robur ad id
fufficere ac Deiparæ matri suis id apud eum
precibus nobis obtinere. Hanc ob rem salu-
tatione illam Gabriëlis supplices compell-
lantes, dicamus:

AVE MARIA.

I.
Ezech. 9.

Angeli quidam apud Ezechielem à Deo
emissi velut iustitiæ eiusdem administri &
executores, antequam exterminium hæc
peragerent, præceptum acceperunt eos omnes
diligenter notandi, & à morte imminente
vindictandi, qui planctui se & lachrymis de-
derent, mundanaq; gaudia & vanitates per-
osi ac detestantes, peccata tum sua, tum a-
liena gembundi deplorarent. Mandati ver-
ba hæc sunt: *Ite per ciuitatem Ierusalem, & si-
gnate omnes, qui lugent super iniquitates, quæ
sunt in medio Ierusalem.*

Lachrymæ
pœnitentiũ
signa sunt
prædesti-
nationis.

Qui hocce factum penitus cõsiderarunt,
eiusq; arcana curiosius penetrarunt, horum
pleriq; singulare hoc esse dixerunt mysteriũ,
& sublimem quandam mundo doctrinam,
vt hinc discat, sanctas pœnitentium lachry-
mas veras esse prædestinationis notas, salu-
tis signa & certissimam aduersus inimici nõ-
stri violentiam & æternam mortem securi-
tatem ac panopliam. Huc ipsamet respexit
veritas, dum apud Matthæum suos ita allo-
quitur, *Beati, qui lugent, quoniam ipsi consolabuntur.*
Ecce enim vt ipse Dei filius in lachry-
mis beatitudinem collocet, lachrymæ enim
ad peccatorum eluionem effusæ, vere pec-
catorem beatum reddunt.

Matth. 5.
Beati qui
lugent.

Mundi Phi-
losophia
doctrinæ
Christi
contraria.

Aliam longe & à doctrina Jesu Christi ni-
mum quantum dissonantem Philosophiam
docet mundus: lachrymas quippe & plan-
ctum exosus, omnem in risu, voluptatibus,
delitiis, recreationibus, iocis, lusu, honori-
bus, aliisq; vitæ huius inaniis beatitudinem
collocat suam. Testem vademq; sententiæ
huius habeo Dauidem, ita loquentem, *Bea-
tum dixerunt populum, cui hæc sunt.* Mundus,
inquit, irridet & explodit eos, qui oculos la-
chrymis assuefaciunt, qui doloribus ac pœ-
nitentiis animum affligunt, nemine beatorum
prædicat, quam qui in bonis ducunt dies suos,
qui nunquam non risu dissoluantur, nec non

Psal. 143.

voluptates consecrantur. Hos scilicet ipse
beatissimos credit & prædicat: Deus è con-
tra & filij Dei hæc omnia detestantur, volu-
ptates aspernantur, & in lachrymis summam
esse beatitudinem sitam putant. Egregiæ
porro tum lachrymarum, tum risus nimio-
per inter se disparum figuræ in facis volu-
minibus occurrunt.

Babyloniorum tyrannus Nabuchodon. Dan. 3.
for omni musici apparatus genere & sym-
phonia electissima suorum oblectare animos
gestit; eius ad auditum omnes in terram
pronos procidere iubet, auream quam ere-
xerat statuum adoratorios; alios vero musi-
cam hanc execrantes in ardorem conuicti for-
nacem imperat. Mundi sectatores & affectæ Mundus
sua etiam habent instrumeta, symphoniam, suos re-
voluptatem, & iocos suos, tum vt se his oble-
ctent, tum vt carni seruiant, & aureum mun-
dos perferendi simulachrum adorent; verum Dei seruis, quitur,
& voluptates hæc detestantibus atq; perosi-
s, persecutionum fornaces succendit, & a-
trocissimo ballo infestat.

Israëlita in Babylonicum exilium acti, sæ-
pe sæpius à regni incolis rogati, secum vt
choreas ducerent, ac patria illis præcinerent
cantica, vt canerent, animum iuducere no-
luerunt, sed de salicibus organa, tibias, citha-
ras, ac sambucas suas suspenderunt, ac gembundi
dixerunt, *Quomodo cantabimus canticum
Domini in terra aliena? Rem ita enarrat
Palmographus: Super flumina Babylonis, illis
sedimus, & fleuimus, de salicibus suspendimus or-
gana nostra.* Ad horum exulum exemplum
veri Dei filij, viso, se in mundi huius Ba-
bylone esse quodammodo exules & alieni-
genas, quamuis cosmophili instent, vrge-
ant, excitent, secum vt plaudant, risui, iocisq;
se dedant, contubernia popinasq; frequen-
tent, ac voluptatibus cum vulgo se oblectent;
auscultare nolunt, omnia gaudij lætitiæque
instrumenta sublime ex oculis pendente, & in
terram prouoluti, lachrymis natant, celestis
patriæ suæ memores, *Ei stent, dum recordantur
tui Sion.*

Allegoria.

Psal. 136.

O sanctæ, benedictæ, ac per beatæ lachry-
mæ, oratione efficaciores & nobiliores, di-
oratione gniores meritq; maioris, quæq; de Deo ipso maiores,
triumphant, armaque illi eripiunt! præcun-
tem

tem hic mihi habeo magnum Doctorem Hieronymum, in Esaiam dum commentatur, *Oratio, inquit, Deum lenit, sed lachryma cogit: hac ungit, illa pungit.* Oratio cum Deo loquitur, sed lachrymæ iram illum cogunt deponere, armaq; abicere.

Cant. 4.

Lachrymæ Deum cogunt.

Huc forsan allusit ac respexit sanctus ille in Canticis sponsus, hoc sponsam verborum lenocinio allocutus, *Vulnerasti me in uno oculo tuorum, quasi dicat, Cum lachrymæ vera sint amoris allicia, & vita amorosissimorum affectuum fomenta, si quando in amore, quo te prosequor, aliquis superuenit tepor, ut primum te lachrymantem vidi, ubi prima oculo tuo lachryma prorupit, ilico cor meum vulnerasti, & ad te amplius amandam compulisti, quam toto illo tempore, ex quo te nouisse cœpi.* Quibus ipsa D. Hieronymi sententia verbis confirmatur, maiestatem feliciter diuinam à lachrymis cogi.

S. Ambr. in Luc. & habetur de peccatis dist. I. c. Petr.

Idem prope habet S. Ambrosius suo in Lucam commentario, quæ eius verba in ius Canonicum sunt relata: *Lachryma, inquit, veniam non postulant, sed merentur.* perinde ac si diceret; Per orationem gratiam postulamus; & misericordiam imploramus: at longe plura lachrymæ efficiunt; per eas siquidem petita promeremur. Vnde efficere vult, fletum precibus præcellere, & digniorem esse.

Super Ezech. l. 7. & psal. 41. 19.

Idem etiam censet suis in Ezechielem commentariis magnas Gregorius, & in hæc Psalmsi verba, *Ho.ocaustum tuum pingue fiat.* ait ergo: *Holocaustum siccum est bonum opus, quod orationis lachryma non infundunt: ho.ocaustum pingue est, quando hoc, quod bene agitur, corde humili etiam per lachrymas irrigatur.* Id est, mea quidem sententia, Oratio verum est sacrificium & holocaustum à corde pio & animo Deo oblatum, sed nisi lachrymis ipsum condiatur & irrigetur, aridum est, siccum, virtutis expers, ac prope sine vilo merito, verum ubi fletus simul & oratio concurrunt, perfectum demum est holocaustum, & diuina maiestati iucundissimum ac gratissimum.

Oratio sine lachrymis sacrificium siccum est, & sine merito.

Psal. 115.

Hinc pius ille rex de lachrymis suis velut de re Deo acceptissima loquens ait, *Posuisti lachrymas meas in conspectu tuo; quasi dicat,*

Eheu Domine, cum misericordiam tuam implorare, pacem tecum inire, & ab benignitatem desistere & inducere gestio, ad solos oculos confugio, nullamq; tui euincendi, ac delictorum veniæ impetrandæ rationem adinuenio, quam lachrymas tibi meas offerre; quæ adeo tibi fuere acceptæ, vt ante oculos eas tuos velut obiectum speciosissimum iucundissimumque, quo eas ad libitum tuum considerares, posueris.

Lachrymæ Deo gratæ.

Nec Deum duntaxat, sed & beatos Angelos lachrymæ oblectant animarum pœnitentium. Præit hic mihi S. Bernardus, qui hoc in Cantica lachrymis attribuit elogium: *Lachryma, inquit, pœnitentium vinum sunt Angelorum, quia in illis odor vitæ, sapor gratiæ, gustus indulgentiæ, sanitas redeuntis innocentia, reconciliacionis iucunditas, & serena conscientia suauitas.*

S. Bern. in Cant. Ser. 30. Lachrymæ sunt delictæ Angelorum.

Cassiodorus magni nominis scriptor idem, sed aliis verbis in hæc Psalmographi verba, *Fuerunt mihi lachryma mea panes die ac nocte,* scribit; *Flatus, inquit, est cibus animarum, corroboratio sensuum, absolutio peccatorum, refectio mentium, lauacrum culpæ, quibus nihil discretius, nihil eloquentius dici potest.*

In Psalms.

Bene lauacrum & balneum eas vocat, eo quod per lachrymas animæ abluantur, & à delictorum maculis purgantur. Hinc peccatores inuitat Esaias, vt se mundent & emaculent, peccatorum labes animam inquinantes lachrymarum lixiuo eluendo, *Lauamini, inquit, & mundi estote.* Nemo vero de corporis illum credat ablutione loqui: loquitur siquidem de animæ purgamine, quod fletu & lachrymarum aqua fieri solet.

Sunt lauacra peccatorum.

Vt vero expositio mea fidem apud vos inueniat, memineritis obsecro, Joannem Chrysostrum primum hoc locutum modo, & lachrymis lauacri & purgatorij animarum nomen dedisse. Audite loquentem: *Lauabo per singulas noctes lectum meum, dixit David, vt ostendat esse lauacrum & purgatorium peccati lachrymas.*

Hom. 5. de pœnit. Lachrymæ dictæ purgatorium peccatorum.

Multo quoque est in lachrymarum præconium estufior & velut magis prodigus S. Gregorius Nazianzenus, vocat eas siquidem *diluuium & piamentum mundi.* De iustisq;

Gregor. Nazianzen.

Lacrymæ diluuium dictæ peccati.

namque & proborum merito agens : Quorum, inquit, lacrymæ diluuium sunt, & mundi piamentum. Ducta hæc est metaphora à diluuij effectis, atque eadem insinuat, quem admodum magnæ & vniuersalis inundationis illius aquæ omnem libidinis & corrumpelæ abominationem submerferunt, mundumque quodammodo expiatum redintegrarunt, ita bonorum lacrymis, diluuij in morem, terræ iniquitates deleri & obrui, ac nouum velut eidem nitorem splendoremque restitui.

Psalm. 73.

Huc proxime accedens Psalter, aquas quasdam describit, in quibus capita draconum mersa & extincta ait, *Contribulasti*, inquit, *capita draconum aquis*. Postquam admirabiles has aquas accuratius mecum sum contemplatus, & SS. Patrum de iisdem expositiones consulendo examinaui, vt quid denotent explorarem, comperi nonnullos hæc de baptismi aquis exponere, in quibus (plurali pro singulari accepto) caput draconis, id est, peccatum originale (quod cæterorum omnium caput est) comminuitur & submergitur, verum enimvero sunt & alij, qui de lacrymarum aquis eadem interpretantur, aquis inquam illis potentibus & efficacibus, in quibus capita draconum, id est, maxima & grauissima peccatorum profigantur & conficiuntur.

Exod. 14.

Hæc figuræ fuere aquæ illæ maris rubri, Exod. 14. in quibus Pharaon tyrannus, & vniuersi Egyptij mersi periere, & per quas fideles Hebræi transeuntes, & insequentem hostem effugientes, se suaque aluo transfusdato in tuto collocarunt. Lacrymæ reuera amore & pudore rubentes, simile omnino mare efficiunt; in quo Pharaon eiusque astelæ peccatum eiusque species prodigiose sepehantur, & filij Dei ac pœnitentes animæ ab omni persecutione & tyrannide liberæ, feliciter sane salutem cõsequuntur, non iam Moysen, sed Messiam præeuntem sequentes.

Hom. 16. in Math.

Quapropter non est veritus Joannes Chrysostronus doctrina iuxta ac facundia notissimus, lacrymas secundum dicere baptismi. nam sicuti sacræ baptismi aquæ omnia delent, omnia purgant, animamque pristinae

innocentiæ integritatique restitunt, ita quoque sanctis lacrymarum aquis nulla non labes sordes aut macula, nullum non vitium, etiam incestus, sacrilegium, latrocinium, cædes, patricidium, nulla non denique impietas etiam maxima lauatur, expiatur & emundatur. Exclamem ergo, ô aquas admirabiles!

Si aquas è floribus, plantis, mineralibus, aliisque rebus eductas aut ab igne elicitas plurimi nemo non facit, quod medicæ sint salubres, variaque includant commoda, quarum hæc oculorum caligini perspicacitati- que vt collyria conducunt, aliæ plagis persanandi. sunt peridoneæ; maioris haud dubie sanctas lacrymarum lymphas faciamus oportet, vt pote quæ animarum maculas & labes penitus eluant, & earum vulnera curant, & plagas. Aqua vero hæc virtute, efficacia & pretio omnia mundi, balnea longe exsuperat: omnes siquidem fontes, torrentes, & terræ fluuij non sufficiunt ad vel minimum carbonem scintillamve ignis purgatorij extinguendû, & vel lacrymula è sincera animi contritione profecta ad vniuersum ignem hunc penitus extinguendum ac decinerandum potens est.

Hæc longior lacrymarum laus in sanctæ Mariæ Magdalene, pœnitentiam a lacrymantium omnium reginæ gratiam deprompta est; quæ hodie lacrymarum suarum adminiculo plenam criminum omnium indulgentiam est consecuta, & ab omnibus animi sordibus, vitæque superioris inquinamentis peccatus est abluta, atque hoc pacto cœlo terræque, extremæ & admirabilis pœnitentiæ exemplum speculumque facta. Atque hoc hodierno in Euangelio legitur: *Ecco mulier, quæ erat in ciuitate peccatrix*. Vt suis hanc coloribus & ad vinum depingamus, bimembrem hodie concionem faciemus, primo mulieris huius dissolutionem, lasciuam, scandala, vitæque impuritatem præmittemus, deinde eiusdem respiscenciam, humilitatem, verecundiam, lacrymas, emendationem, ac reliqua sanctæ cuiusdam pœnitentiæ indicia subdicemus.

Principio ergo, Euangelistæ, vt vno velut

Lacrymæ aquas omnes medicas superat.

II.

iatuit

S. Maria ap-
pellata mu-
lier pecca-
trix.

intuitu ac fasce vitia, dissolutionem, vanita-
tem, vitamque lubricam Mariæ Magdalene
spectandam darent, titulum illi assignant &
nomen, quo hæc omnia simul ac iunctim
comprehenduntur, *mulierem peccatricem* eam
nuncupantes, & nemini non notissimam, ut
potest quæ erat in civitate peccatrix. Longe o-
diosiori eam titulo, quique maiorem igno-
miniam, infamiam, & opprobrium secum
inuoluit, compellat Patres, meretricem nã-
que vocant, quo profligati pudoris mulieres,
honoris prostituti, & quæ omnem penitus
verecundiam exuerunt, nomen omne pro-
culcarunt, & nemini non sui corporis vsu-
ram dederunt, nuncupari solent. Hoc primus
eam nomine donavit sanctus Ioannes Chry-
sostomus homiliis in Ioannem, securus hunc
est sanctus Hieronymus in Mathæum, nec
non Isidorus Pelusiota suis in Epistolis. San-
ctus Augustinus vero tractatu quadragesi-
mo nono in Ioannem publicam famolam
que vocat peccatricem, id est, vulgati corpo-
ris feminam, & ut talem ab omnibus habi-
tam.

S. Maria
Magdalena
publica me-
retrix non
fuit.

Nihilominus tamen tantorum Patrum
cum venia, miseræ huius peccatricis partes,
publicæ meretricis causam, honorem, ac nomen defensus, o-
stendere, multorum Patrum ac Doctorum
pro me stante sententia, conabor, minime
verisimile ac consonum, at dissonum pro-
videri, huius farinae mulierem Magdalenam
fuisse, id est, publicam meretricem, prostibu-
lum omnibus vulgare, & omnem penitus
pudorem exuisse. Et sane probabilis maxime
opinio, & in quam vltro libenterque con-
cedo, est nunquam illam infame, prostitutum,
ac propudiosum, triviale, vulgatumque o-
mnibus scortum existisse, mulierem tamen
nimisquam petulantem, delicias ac volupta-
tes conlectantem, delectamenta ambientem,
vanitatibus plenam, parum modeste vitam
instituentem, nec sine violati prostituti que
pudoris suspicione, & publicæ quidem &
communi fama, non tamen quod iracun-
tia pudoris verecundiæque repagula perfrege-
rit, ut lupanaria facta sit omnibus, Veneris
mancipium, ac triobolare quoddam ac vile
scortum. Nec vero mirum cuiquam videat-
ur, hoc illam pacto vitam instituisse, ut ab ea

nec frater illam Lazarus, nec Martha soror
impedire aut diuertere, aut feris communi-
tionibus suadere ei meliora potuerint: ut e-
nim liberius in cœpto prosequeretur, nul-
lumque qui saniori consilio delinquenti re-
moram injiceret, haberet, à fratris sororisque
coartubernio se subdukerat, in castellum Be-
thaniæ concesserat, & in aliquo Galilæa lo-
co, quocumque collibitum erat, vivebat mo-
do. Quin & Iansenius in Euangelia scribens,
eam in Galilæa aut coniugio iunctam fuisse, Opinio Iam
atque marito defuncto tum demum luxuriæ sensu
vacasse.

Ut vero hanc alii tueri melius opinionem,
& nos etiam amplecti tutius possimus, quæ
scilicet tam acri & Catoniana in vitam eius
censura non animaduertit, sed honorem &
nomen potius propugnat, cum eam non ut
publicam meretricem aut scortam habeat,
equidem dixerò, nemini hanc aut nouam
aut peregrinam videri debere, cum à tot
iam annis permulti, iique graues ac cele-
bres auctores, verbo scriptoque, omnes
acerrimi honoris ac famæ Magdalene no-
stræ propugnatores, declarate nemini non
sint omni ratione conati, peccatricem illam
Euangelicam Lazari ac Marthæ sororem
non existisse, ne vero ut futile, inanis, ac fun-
damento nullo aut ratione nixa hæc co-
rum reiceretur sententia, prægnantibus eam
rationibus nec sane absurdis suffulci-
entibus, quas ut perspectas habeatis, in me-
dium afferam.

Prima esto: Maria Lazari viri apud Iu-
dæos inclyti & illustris, castelli que Bertha-
quibus o-
nienensis toparchæ soror, mulier fuit nobilis, stenditur
honesto nata loco, & parentibus infi-
gnibus, & familia perillustri, verosimile Euangelica
ergo non videatur, publico eam meretri-
cco vacasse, aut ita omnem suam verecun-
diam exuisse, tamque nobili editam stem-
mate tam fœda nomen inclytum & pristi-
num maiorum honorem maculâ, & infami-
ac propudiosa vitæ ratione denigrare voluis-
se. Habebat adhæc sororem honestam,
Martham, Virginitatis laudè inclytam, &
fratrem Lazarum virum nobilissimum, qui
sororem eo libidinis prolabi minime passi-
essent.

2. *Matth. 27.* Secunda, Maria Magdalena inter mulieres pias & elemosynis insignes, Redemptorem Iesum semper comitantes, quæque eum è Galilæa ad vsque in Iudæam secuta fuerant, connumeratur: erat ergo è Galilæa, non autem Iudæa, vti illa soror Lazari.

3. Tertio, Luc. 8. capite dicitur Maria Magdalena septem habuisse demonia, dissonum ergo videatur libidinis eam instrumentum fuisse, ab amassis ambitam: neq; enim eo infantiæ viri veniunt, vti feminam frequentent à diabolo infessam, quin potius eam fugiunt & abhorrent: alioquin namque ipsi potius à demonio occupati & emoræ mentis videntur.

4. *Ioan. 4.* Quarto, Magdalena Christo erat gratissima, eumque familiariter suis peregrinationibus sequebatur, de suis eum alens facultatibus, indecens vero fuisset, mulierem publicam ante paulo scortatione infamem Christo ministrare, & familiariter eum illo & Apostolis conuersari. Offendisset hoc Iudæos, quin & discipulis, nec non omnibus passim suspicionem mouisset, cum ij ipsi Apostoli, viso Redemptorem absque arbitro apud puteum Sichar cum Samaritana, etsi in loco publico & plena die loqui, sinistra quid de eo suspicantes, & perperam hoc colloquium interpretantes, Scriptura teste, mirarentur, quia cum muliere loquebatur. Et Simon leprosus, etsi ei carissimus, summopere offendebatur, & palam murmurabat, quod Magdalena peccatrix eius esset ædes ingressa, Dei que filium & unguento unxisset, & lachrymis pedes irrigasset, vnde ait: *Hic si esset propheta, sciret utique quæ & qualis est mulier, quæ tangit eum, quia peccatrix est.*

5. *Luc. 7.* Quinta deniq; & postrema. Fœmina illa, quæ in Euangelio peccatrix nuncupatur, externa erat & ethnica, non ergo Lazari soror, certissimum quippe est hanc Iudæam fuisse. Priorem autem ethnicam fuisse, hinc officio, quod esset meretrix, & publica scortatione infamis. Lege autem Iudæis fœminis meretricari interdicebatur, aut lasciuia libidini se dedere. Lex ad manum est in Deuteronomij Digesta & elata, *Non erit meretrix de filiabus Israël.*

Deut. 23.

An non ergo opinio hæc probabilis videatur? an non hæc fundamenta solida, & rationes efficaces? Auctores eiusdem audire vultis? depromam nonnullos: Origenem, sanctum: Ioannem Chrysostomum: Hieronymum, sanctus* Augustinus vero dubitat, vti & sanctus Bernardus sermone de sancta Maria Magdalena. Euangelium vero, Magdalenas inter se non distinguens, reuera ait hanc fuisse mulierem in ciuitate peccatricem.

Propudiosus hic titulus ilico in memoriam mihi reducit, Magdalenam hanc differentem, in eo penitus contrariam fuisse ab illa muliere Apocalypses, duodecim in capite stellarum diadema gestante, quod honestæ pudicæque matronæ symbolum erat, & imago: quæ in quantum talis, duodecim coronari stellis, id est, omnigena virtute, debet: duodenarius enim pro vniuersali accipitur numero, & virtutes per stellas denotantur. Sole insuper vestiatur oportet, id est, vndiquaque fulgeat & clarescat, bonæque sit in omnibus famæ.

Peccatrix hæc stellis aut virtutibus coronata non erat, sed vitij, vanitatis, & omnigena abominatione peregrina & noua Redimita quidem erat diademate, sed diademate ex infantijs, inanijs, vitijque contexto. Nec abs re hoc, sed studio dixero, vti enim prudens & proba matrona duodecim egregijs coronata describitur in Scriptura stellis, ad imaginem & figuram eius, quam Apocalypsis depingit, ita alibi fatua impudicaque fœmina duodenis etiam redimita vitijjs representatur, quæ magna cum impudentia, velut coronam in capite gestat, in Magdalena huius imitationem, quæ exinde peccatrix est nuncupata.

Vt autem hanc coronam & opprobrij ferunt videamus, primum à quo rexi incipitur, vitium ipsa est superbia, quo vitium in modum fœminæ honor deturpatur, quando scilicet insolescit arrogantior, voluntatem sequitur suam, auctoritate præualere vult, & in familia primatum superioritatemque affectat, docet hoc Ecclesiasticus, *Mulier si primatum habeat in domo, contraria est viro suo.* Hanc ob rem in veteri lege interdicitur omni fœmi-

Tract. 11. in Matth. Hom. 31. in Matth. Matt. 21. Tract. 49. in Ioan.

Apoc. 11.

Symbolam matronæ honestæ.

III. Impudica fœmina coronata duodecim vitijjs.

Superbia primū fœminarum vitium.

Eccl. 25.

Deut. 21. foemina erat, ne se virili induat schemate, id est, viri auctoritatem & imperium non vsurper.

Odiū secundum foeminarum vitium. Prov. 30. Secunda ferti gemma, odium est & iracundia, vnde in Prouerbijs legitur est, *Per tria mouetur terra, & quartum quod non potest sustinere, scilicet per odiosam mulierem.*

Zach. 5. Tertia est ambitio & concupiscentia: hanc comperio in prauæ illius mulieris apud Zachariam vertice: *Ecce e dua mulieres egredientes, & habebant alas, quasi alas milui. Quid prodigiōsa illæ duæ mulieres denotare vobis videntur, Auditores, nisi ambitionem & cupiditatem? alas habent, eo quod suauitudo euolent, & alas quidem milui, quod hoc auium genus natura sua rapacissimum sit, folique prædæ inhiat.*

Ierem. 2. Quartus faralis huiusce coronæ flosculus est luxuria. Ieremiæ ex hortu hunc decerpit, in quo Prophetice forsan de peccatrice hac Euangelium legitur, *In omni colle sublimi, & sub omni ligno frondoso prosternibaris tu meretrici.*

Ebrietas mulieri probrosa. Eccl. 25. Quintus est ebrietas, probrosū in muliere vitium, & vera prostituta nota, detegit hanc Ecclesiasticus dicens, *Mulier ebriosa, ira magna, & consumelia, & turpitudine illius non contemnetur.*

Foemina clamosa, quam res turpis. Prov. 9. Sextus est clamor & vociferatio, quæ in muliere sunt quam turpissima & ignominiosissima: vbi enim clamoribus iam domum concitauit, & vociferando iurgandoque omnia turbauit, signum est eam stultam esse & fatuam, atque vt talem eam describit Sapiens, *Mulier stulta & clamosa, plenaque illecebris, nihil omnino sciens, sedet in foribus domus suæ, super cellam in excelso vrbis loco, vt vocet transeuntes per viam.* Vidisti iam infamem hanc corollam, media ex parte è male olentibus contextam & coagmentatam floribus, quos è varijs sacra Scripturæ locis hinc inde collegimus, iam res quos in iisdem hortis indagemus.

Eccl. 25. Crudelitas mulieris extrema. Septimus flos ipsa est crudelitas, suggerit hanc Sapiens, *Nequitia mulieris, inquit, immutat faciem eius, & occacat vultum suum tamquam visus. & alio loco. Commorari leoni & draconi placebit, quam habitare cum*

muliere nequa m: quasi diceret, foemineam nequitiam & crudelitatem belluarum, animaliumque ferocissimorum immanitati præcellere.

Octauus est impudentia & inuercundia; Ierem. 3. huac depromit Ieremias, dum de muliere Impudenter frontis & audacula hoc locutus est modo, *Frons mulieris meretricis facta est tibi, non foeminas. luisi; erube, cere.*

Nonus, qui fertum hoc concinnat flos, fraus est & impostura, quod sane probum intolerabile est, ceteroquin perueris foeminis perfamilia & commune. Hoc illas colore depingit Sapiens, & probe neminem non monet in Prouerbijs: *No intenderis, inquit. fallacia mulieris, fauus enim distillans labia meretricis, & nitidius oleo guttur eius; nouissima autem illius quasi absinthium, & acuta lingua eius quasi gladius biceps.*

Decimus est, inquietudo & discursio. In Prouerbijs item hæc eruitur, & est verum mulieris propudiosa argumentum. Hinc Salomon meretricem ac peccacem describens mulierem, ad cæteras eiusdem proprietates hæc adnectit, *Gariula, & uaga, & quirit in*

Vndecimus, est stulticia, qua permulta perfusa mulieres, tam introsum in animo, quam foris in capite: intus quidem mille vanitatibus & inanis, quas mente voluunt, operæ sunt; foris vero tot fucos, artificiosa pegmata, virtas, tæniæ, fascias, tot artibus, inuentionibus, vinculis, gyris, nodis & modis paratas in capite gestant, vt omnigenas stultitiæ species in vertice præferant. Auctor huius rei est Sapiens, dicens: *Circulus aureus in naribus suis, mulier pulchra & stulta. Quo vno carbone ac fuligine mulieris nomen magis inficitur, quam vulgaribus & communibus omni foeminae miseris ac probis. Sæpe namque plus apud eas reperire est stultitiæ quam sapientiæ. Testes sunt decem illæ virgines Euangelicæ, quarum quinque erant fatuæ.*

Duodecima denique & vltima funestissima huius ferti pars & membrum, ipsa est a demone infessio: quando nimirum anima, cotide, ac capite malignum mulier spiritum continet. S. Lucæ Euangelium exemplum nobis

Prou. 3.
Prou. 5.
Prou. 7.
Prou. 12.

Multa mulieres stultæ.
Prou. 12.

Luc 13. Multa femina à maligno spiritu possessa. Magdalena omnigenis coronata vitijs.

bis suggerit, dicens: *Erat mulier habens spiritum immundum.* Lucas non nisi vnicam sui temporis producit, sed nosti o nobis saeculo sexcentas afferre liceat, quae vere non ab vno, sed ab infinitis spiritibus immundis possidentur.

Hæc igitur mulieris fatuæ & infamis colla contexta non è duodecim lucentibus stellis, ut illa Apocalypseos, quæ marronarum honestarum & prudentium propria est, sed è totidem velut nigricantibus carbonibus & adulterinis partibus, peccatis inquam enormibus & vitijs detestabilibus, qualia etiam in suo Magdalena vertice gestabat. Cogitate enim eam vt mulierem fatuam infamem, omnique virtute deflituram, omnibus hisce vanitatibus, iniquitatibus, vitijs, abominationibus, alijsque nomine & sexu eius indignis titulis, redimitam. Erat siquidem superba, ambitiosa, luxuriosa, delitiosa, garrula, effrons, vafra, vaga, fatua & à demone occupata. Vno velut facte hæc omnia complexus est Euangelista, dum eam peccatricis nomine indigerat, *Ecce mulier, quæ erat in ciuitate peccatrix.*

IV. Quatuor Magdalens peccatum aggrauantia. Peccata carnis sunt reliquis enormiora.

Quatuor rebus mulieris huius peccata aggrauantur & crescant. Primo; quod carnalia fuerint, quæ, vt quidem Gregorius ait, longe cæteris scædiora & enormiora sunt, imo maiorem infamiam inuoluunt: eo quod concupiscentia oculorum, quæ est auaritia, & superbia vitæ, non nisi mentem, è qua proficiscuntur, inquinant; verum concupiscentia carnis, id est, libido, corpus simul inquinat & animam. Hinc peccata carnalia mentem homini eripiunt, ratione eum spoliant, mere eum commutant, & bestijs eum ac pecudibus haud absimilem reddunt. Exemplo nobis futurus rex Dauid, qui lasciuia ac libidine cor amisisse suum se conqueritur, & aliud à Deo postulat, dicens: *Cor mundum creauit me Deus.* item ille, qui in Euangelio, cum ceteri, qui auaros & ambitiosos representant, honeste & modeste se excusarent, ad nuptias regis inuitatus à carnali voluptate extramensis statim abreptus, bruti instar & peccatis absolute ait, *venire detrectans, Vxorerauxi, id e non possum ire.*

Psal 50.

Luc 14.

Secundo, quod peccata eius essent publi-

ca, ac proinde notoria & omnibus cognita. Dicitur quippe fuisse peccatrix in ciuitate. In ciuitate namque peccans omnibus loquendi dabat anam, & nemini non erat offusciculo: nam peccata publica & manifesta non Deum modo offendunt, sed & vniuersa Ecclesia & proximo sunt scandalo; ac proinde grauiora sunt, maioriq; damnationi obnoxia.

Hinc etiam Nathan Propheta Dauidis culpas & crimina exaggerans, his eum verbis corripit, *Blasphemare fecisti nomen Domini.* perinde ac si dixisset: peccando tantum tamque patens regnicolis simul & externis scandalum dedisti, vt qui te deliquisse inaudierunt, te que norunt, ita offensi fuerint, Deum ipsum vt exacerbarint, aduersus eius maiestatem murmurarint, sanctumque eius nomen blasphemijs prosciderint, quod Sauli regno & diademate ablato ipsum in te transfuderit, qui centuplo illo es deterior, omni-genaque nequitia illum exsuperas.

Tertio; quod delicta eius numero fuerint plurima. Colligere hoc est è verbis Redemptoris apud Lucam dicentis: *Dimissa sunt ei peccata multa, quoniam dilexit multum.* Atque hæc ipsa multitudo mirum in modum peccatum aggrauat, vt iterum ex illo Genesios loco, in quo scribitur, Deum visa criminum & abominationum Sodomitarum ac Gomoritharum copia his vltim verbis, *Clamor Sodomorum & Gomoritharum multiplicatus est, & peccatum eorum aggrauatum est nimis.* Per clamores Sodomæ & Gomorithæ multiplicatos intellige peccatorum ipsorum numerum; singula quippe delicta, dum committuntur, in cælum clamorem tollunt, Deumque exacerbatum ad iustitiam & vindictam excitant. Colligitur hoc ex verbis proxime sequentibus, quibus Deus ait, *Descendam & videbo, utrum clamorem, qui venit ad me, opere compleuerint:* id est, an tot tantaque commiserint crimina, quot clamores audiui.

Contritiones suas, dolores & penitentiam simul & peccatorum grauitatem recensens Dauid, in illorum numero & copia eam potissimum collocabat, & maiore lachrymarum quam verborum vi dicebat, *Circumdederunt*

Peccata publica sunt grauiora & damnabiliora reliquis.

Peccata Magdalens numero plurima. Luc. 7.

Gen. 18.

Singula peccata clamant ad Deum, dum committuntur. Gen. 18.

Psal. 50.

derunt me mala, quorum non est numerus, comprehenderunt me iniquitates meae, & non potui ut siderem, multiplicata sunt super capillos capitis mei, & cor meum dereliquit me, & bruto factus sum perfimilis. Atque inde exclamanditerio occasionem sumit, *Complaceat tibi Domine, ut eruas me, Domine ad adiuvandum me festina.*

Multitudo delictorum deplorat & saluata.

Maria Magdalena omnia peccata dedita peccatis.

Quarto, quod omnia obnoxia fuerit peccatis, atque haec ob rem apud Marcum dicitur a septem occupata fuisse demonijs, quæ insigni cum miraculo ab ea Dominus pepulit. Audite quid de ea scribatur, *Surgens se us mane prima Sabbathi, apparuit primo Maria Magdalena, de qua septem eiecit demonia.* In quæ verba hanc adfert paraphrasin magnus Gregorius: *Quia septem diebus omne tempus comprehenderit, recte eptenario numero vitiorum uniuersitas designatur, & sic omnibus vitis plena fuit & infecta.* Idem ex Euangelio colligitur, in quo generali nomine peccatrix dicitur, & quidem in ciuitate peccatrix.

Matth. 26.

Rom. 5.

O igitur admirabilis boni ac benigni Dei misericordia! diudiciorum diuinorum abyssus! crimina eius per solam Hierosolymam divulgata & nota sunt, sed quæ in illam collata est gratia, & qua eadem poenitentia eluit, per uniuersum diffusa est orbem & prædicata. Promisit hoc illi etiamnum uiuenti Saluator dicens: *Amen dico uobis, ubicumque prædicatum fuerit hoc Euangelium in toto mundo, dicetur, quia hæc fecit in memoriam eius.* & sane apposite ad illa Apostoli ad Romanos verba: *Vbi abundauit peccatum, superabundauit & gratia.* Nam delictum reuera in Maria Magdalena abundauerat, vnde & gratia deinde in ipsa superabundans fuit; scelus eius fama Hierosolymitanas portas vix egressa est, verum poenitentis eiusdem totum perambulauit orbem.

In urbibus maiores peccandi occasiones, quam in pagis.

In ciuitate peccatrix. Studio forsitan hac illam ratione Euangelista designare voluit, vt simul causam inueneret, ob quam misera hæc peccatrix eo miseriarum prolapsa sit, eo quod nimirum in ciuitate commoraretur, in qua vt plurimum variæ peccandi occasiones occurrunt, & maiores haud dubie Dei exacerbandi offendendique causæ quam in agris, *Bessæ tom. 3. De Sanctis.*

autrere. Hinc quam potest intentissime exclamat Ieremias; *Fugite de medio Babylonis, vt saluet unusquisque animam suam, & fugæ huius rationem subnectit, Si quidem murus Babylonis corruit, egredimini de medio eius populus meus, Ierem. 51. vt saluet unusquisque animam suam ab ira furoris Domini, & ne forte mollescit cor vestrum, & timeatis auditum, qui auditur in terra.*

Quatuor hisce è verbis eruemus ingentia quæ urbibus imminet discrimina, quæ quicumque animæ saluti prospicere cupit, quam diligentissime euitare oportet. Primum est ruina & repentina mors: eo quod in urbibus omnia ruinam & casum minitentur, omnia vacillent, earumque muri semper prolapsi proximi sunt. Secundum, Dei furor, & iustitiæ eius acerbitas, quæ vt plurimum ante in vrbes quam agros & viros detonat: testis Sodoma, Gomorha, aliæque vrbes plurimæ. Tertium, morum corruptio & lasciuia mollities: in urbibus namque animi igne uescunt, vitutes emollescunt, & voluptatibus, delicijs, recreationibusque homines corrumpuntur ac pereunt. Quartum, turbæ, inquietudo, & anxia sollicitudo, quæ in rebus publicis opibusque, ob quotidiana & assidua negotia, lites, turbas, ambitiones, dissidia, tumultus, ambitum, aliæque incommoda, alibi non occurrentia, & a pagis longe exulantia, nusquam non habetur. Quam obrem verbo vt dicam, in agris pax est & quies, & turbæ bellaque in urbibus: illic salutis procurandæ ratio commodior, hic maiora, frequentiora euidentioreque animarum sunt pericula.

V. Quatuor in urbibus discrimina.

Ira diuina semper in vrbes grauat.

Quies in agris, in vrbe tumultus.

Non sunt hæc vani commentitijque conceptus, aut leui manu proculsa inuentiones, Apostolus quippe discriminum quæ subierat vitæ catalogum texens, & pericula omnigena enumerans, ea quæ in urbibus occurrere solent, inter prima collocat. Ad manum eius habeo ex secunda ad Corinthios verba, *Periculis fluminum, periculis latronum, periculis ex genere, periculis ex genibus, periculis in ciuitate, periculis in mari.* Videte vt ciuitates inter loca discrimini obnoxia & ruinis aduersisque casibus exposita recenseat. Atque ob hanc fortasse causam Magdalenam nostram

2. Cor. 11. Pericula quæ sunt in ciuitate, sunt maxima.

Ggg fuisse

fuisse in ciuitate peccatricem, in Euangelio refertur, *Ecce mulier, quæ erit in ciuitate peccatrix, &c.*

Peccata a-
lia concla-
uium, alia
domu, &
urbium a-
lia.

Hæc a vero quidem minime dissentanea, equidem dictam existimo in ciuitate fuisse peccatricem, ad infamiam notam exprimentam potius, quam huius mulieris probum; sunt quippe alia peccata conclauium, alia domuum, alia urbis, & quo hæc notiora euidetioraque sunt; eo & enormiora, & magis detestanda, adeo ut, si peccata, quæ in conclaui & in abdito committuntur, & in oculos vulgi non incurrunt, noxia sint; multo sane magis ea, quæ domi, quæque famulis, ancillis, pedisequis, culinariis, aliisque domesticis paulatim innotescere incipiunt: at quæ in ciuitate, quæ & publica sunt, & omnibus perspicua, omnium sunt & grauissima, & maximam perniciem secum trahunt, ideo scilicet, quod scâdalo & offendiculo alijs sint, & insignis prauitatis & communis corruptionis argumenta.

Fugite ergo, Christiani, fugite peccata ciuitatis, fugite & cauete peccata publica. Turpe namque & infame est, si quis publice diffametur, si vulgi fabula fiat, & in omnium ore linguisque nater. An non venit in mentem villici illius apud D. Lucam, qui apud patrem familias diffamatus, & accusatus cum esset, omnes eum ut bonorum herilium dissipatorem, & dilapidatorem passim habebant: quem ad se euocatum herus, ut rationem villicationis redderet, acriter cortipuit, & sparsam in populum famam, infamiamque notam illic obiecit. exprobrans, *Quid hoc audio de te: quæ de te fama spargitur? ecquod omnibus ponis offendiculum? quasi diceret: Profusio tua & male administrata villicatio omnibus dicendi ansam præbent; ob inique gestam rem meam passim male audis: bonorum meorum quam facis dissipatione passim vulgi fabula factus es.*

Scio hoc reuera non nisi parabolam esse, scio tamen moralem quoque hinc elici sensum posse, & cum Deus magnus quidam pater familias, nosque eius villici simus, nihil esse, quod maiestatem eius magis ad iracundiam prouocet, aut acerbius exacerbet, quam dum vita diffamata est, crimina nostra

nemini non patefunt, fama & nomen omnium pedibus proculcatur, peccata publica sunt, & scandala data, & de nobis nostrisque actionibus omnes passim in omni contubernio sermonem spargunt. Si vero beatos Palmista prædicarit eos, quotum tecta erant peccata, & nemini patebant; ipse longe potius eos plane infelices censo; quorum crimina manifesta sunt, publica, notoria, & omnium oculis reuclata. Talia porro erant Mariæ Magdalenz delicta, cum de ea scribatur, *Erant mulier in ciuitate peccatrix.*

Non sine ratione & causa hæc ab Euangelista addita est circumstantia, ut hoc pacto misellæ huius lasciuia magis exaggeretur. Si enim rure vitam instituerit, aut in pago aliquo obscuro, ubi rara est concio, docti viri qui consulantur infrequentes, diuina officia non ea qua par est celebritate peraguntur, & homines pecuino prope ritu vitam institunt; tolerati aliquo modo queat; verum in vrbe, in qua quotidianæ sunt, eaque variis in locis adhortationes, in qua templa plurima eaque cultissima, in qua tot passim tamque varia pietatis exercitia, in qua seduli Curiones & Religiosi feruentes magno sunt numero, in qua animabus iuuandis variaz habentur rationes, ita lasciuire, ineptire & obbrutescere, nimium quantum detestandum est.

Hoc respexit Isaias, dum Hierosolymorum peccata exaggerans exclamat, *Quomodo facta est meretrix ciuitas fidelis plena iudicij? iustitia habitauit in ea, nunc autem homicida, quasi dicere vellet, si virginum constuprationes, pollutiones matrimoniorum, iustitiæ corruptelæ ac deprauationes, Leuitarum sacrilegia, templorum locorumque sacrorum profanationes, cædes & homicidia, aliaque sexcenta, quæ quotidie Hierosolymis admittuntur, flagitia & dedecora in pago aliquo ignobili & obscuro, in quo Dei honor, lex & timor non tam frequenter aut bene edocentur, committerentur, non adeo enormia illa crimina forent, purgationi esset locus, uno aliquam forsitan excusationem mererentur, sed omnia hæc in tam insigni, ampla, sapienti, beneque morata & instituta ciuitate, qualis Hierosolyma est, in qua in Deum fi-*
des

Psal. 32.

Peccata in ciuitate admissa maiorem promerentur correctionem quam ea quæ rure;

Luc. 16.

Isai. 1.

des tam sancte docetur, iustitia tam bene exercetur, lex tam docte annuntiatur, in qua virtus in throno resider, in crescere, & tanto omnium offendiculo dominari, abominabile est, & puniri dignum.

Peccatorū
vrbano-
rum
grauitas.
Deut. 11.

Lex in Deuteronomium à Mose relata mirifice huc facit: *si puellam virginem despondit vir, & inuenit eam aliquis in ciuitate, & concubuit cum ea, educes utrumque ad portam ciuitatis illius, & lapidibus obruentur, puella quia non clamauit, cum esset in ciuitate; vir quia humilauit uxorem proximi sui. Sin autem in agro repererit vir puellam, qua desponsata est, & apprehendens concubuerit cum ea, ipse morietur solus, puella nihil patietur, nec est causa mortis.*

Quid sibi vult hoc in puniendo discrimen? idem crimen, diuersa tamen eius castigandi ratio & pœna. Dux puellæ in idem præcipitium ruent, interim tamen in vnam rigide animaduertitur, altera in demnis abit. Quænam rei huius ratio? vt hinc nimirum dilectamus, peccata vrbana longe esse grauiora, magis offendere, maiorique digna supplicio, quam quæ in agris admittuntur locifque campestribus. Hinc Magdalena peccata tum Evangelista exaggerat, dum in ciuitate eadem scribit commissa, *Erat in ciuitate peccatrix.*

Vrbano-
rum pecca-
torum gra-
uitas.

Quid? esse peccatricem in ciuitate? quid fieri hocce potest? Deumne in vrbibus ad iracundiam excitari posse, in quibus tot illustria dantur documenta, tot honesta habentur morataque contubernia, tam præclara monita, tot sancta exempla, tot viri doctrina celebres, tot pia loca? vndenam ergo tot in vrbibus peccatores, tot præuaticatores, tot perfidi Iudæ, tot aduersus diuinam maiestatem insurgentes? Deplorabat hoc hisce verbis Sophonias: *Desolata sunt ciuitates, id est, vrbes & oppida, quæ virtutes esse debebant academiæ, honoris theatra, amoris timorifque diuini gymnasia, & honorabilia ad homines in ijs, quæ ad sapientiam spectant, continendos, & ad omnipotentis Dei cultum traducendos, loca desolata sunt penitus, omnia ibidem in perniciem ruunt, mera ibi dissolutio, abominationum illic receptaculum, lasciuia palæstra, ac publica peccatorum ac vitiorum scholæ. Hactenus hæc in*

Sophon. 3.

peccatricis nostræ dedecus & ighoniam dicta sunt, iam honorem eius per insignem quamdam pœnitentiam & virtutum exercitium restauratum proponam, atque hoc est, quod secunda concionis parte facturos eramus polliciti.

Vt ergo partem hanc aggrediamur, ab S. Maria ipsius Evangelistæ verbis eam auspicabimur: Magdalena *Ecce mulier.* Nec immerito sane ab hoc ad-singulare o-uerbio admirandi exorsus est, vt nimirum mribus ex-multer hæc tum mulieribus omnibus, tum emplar fuit, viris, tum vniuerso etiam mundo velut speculum & imago proponatur: & sane singulare quoddam virorum, foeminarum, & omnium omnino mortalium fuit exemplum. *Ecce mulier* admirabilis in pœnitentia, *mulier* in amore diuino incomparabilis, *mulier*, quæ ea amoris in IESVM CHRISTVM signa & argumenta dedit, qualia nulla vquam mulier præstitit. *Ecce mulier* generosa, virilis animi & fortis, qualem videre oprauit velut raram in terris autem Patro-miographus, *Mulierem fortem quis inueniet? Ecce Iuditha* mulier hæc admirabilis, quæ fecit confusionem in domo regis Na'uchodonosor, id est, diaboli, quod in Iudithæ viduæ olim elogium scriptum est.

Ecce mulier. Voecula hæc emphasin semper & energiam habet, & quocumque legitur loco, magna, admiranda, insolitaque notat. Ita Vagao Holoferni principia cubiculis generosum & admirabile quoddam à femina commissum dextera facinus pro dignitate enarraturus ait, *Ecce Holofernes iacet in terra, & caput eius non est in i'lo.* quasi dicat: Rem nouam, inasitaram, & admiratione plenam! femina vniuersis Assyriorum castris infultrauit, ecce Holofernes præfectus capite truncus in terram pronolutus iacet. Ita quoque Evangelista noster *Ecce* habet, id est, videte, considerate, estote intenti, audite loquentem rem nouam, memorabilem, & nunquam hactenus auditam enarrabo. *Ecce mulier*, quæ quia publice deliquit, publicam etiam agit pœnitentiam, & à suorum delictorum cognitione eam orditur.

Primum enim, quod in peccatricis huius conuersione refert Evangelista, vera est Dei, & sui ipsius cognitio. *Vt cognouit Deum quem*

offendebat, animam quam perditum ibat, peccatum quod committebat, supplicium quod promerebatur, periculum in quo versabatur. *Vt cognouit* se Dei bonis abuti, diuinam se maiestatem ad iracundiam prouocare, honorem prodigere, & nomen pessumdare, familiae se suae maculam infamiae affricare, & prauo omnibus exemplo esse; ilico ecce peccato valedicere, vanitates deserre, dissolutiones relinquere, diuinam misericordiam inuocare, praeterita delicta lacrymis explere, & poenitentiae fructus edere quam promptissima fuit. Mali ergo cognitio bene operandi illum initium suppeditat. *Vt cognouit.*

Gen. 1.

Primo ante omnia in rerum creatione lucem condidit Deus, dicens: *Fiat lux*, atque inde ulterius ad ceterarum creationem rerum processit; ita primo in parui mundi, id est, hominis reformatione, lucem, id est, veram cognitionem idem infert Deus. In huius rei signum Dauid *vt peccator quidam*, sed ad poenitendum iam promptus, vt pote lacrymis oculos suffusus, & gembundo ore ait, *Amplius laua me Domine ab iniquitate mea, & à delicto meo munda me*; causam eius mox subnectit dicens, *Quoniam iniquitatem meam ego cognosco*, quasi dicat, eo quod peccatum ipse meum agnosco, hinc eius à te veniam, Domine, effragito teque supplex obsecro, vt secundum magnam misericordiam tuam mei miserearis. Quanta enim mea sunt delicta, & quantum tua patientia? quamdiu velatos habeo oculos, quamdiu peccato affixus hæsi, quamdiu cæcutiui in animo, quamdiu miseriam statum agnoscere minime potui, tamdiu miseriam statum agnoscere minime potui, tamdiu peccatis egredi nolui, nec de vitis valedicendo, teque veniam rogando, & me poenitentiae dando vel minimum laboravi: at modo vbi à palpebris caliginem illam amouisti, cognitionemque iniquitatum mearum mihi dedisti; & agnoscere incipio in quo versor periculum, & quod a deo, si in delinquendo pergam, discrimen; hinc supplex tibi prouolutus, oculo lacrymante, & corde contrito & humiliato obtestor, vt misericordia tangaris mei, peccata deleas, & quidquid deliqui, pro tua indulgere mihi velis clementia.

Dauid à peccati cognitione poenitentiam auspicatur.

Hoc etiam processit ritu sanctissima hæc nostra peccatrix; etenim mox vt peccatum cognouit, poenitere coepit, & ipsum vehementi aquarum diluuiio eluere. *Vt cognouit* inquam vitæ probum, peccatorum suorum horrorem, miseram animam statum, nozarum multitudinem, derepente exurgens domoque egressa vanitatibus valedicere, vestes diffringit, in capillos & oculos grassatur, perque compita velut lymphata ac furibunda vagatur, medicum quatit, remedia consecretur, & ad pedes redemptoris supplex se, Dauidis exemplo, abiicit, & cum eodem exclamat, *Eripe me de inimicis meis Domine, ad te Psal. 141. confugi*. Norat dixisse iam olim Redemptorem, & euocasse ad se omnes, *Venite ad me omnes, qui laboratis & onerati estis, & ego reficiam vos*. Ipsa vero quis grauibus delictorum oneribus grauata erat, hinc ad Christum confugit, vt ab ipso exoneraretur.

Marc. 11.

Psal. 50.

Non imitatur porro scelestum illum Ægypti tyrannum Pharaonem, qui ranarum aliorumque fœdorum animalium, quæ & regiam complebant, & in conclauē penetrabant, imo & in thalamum & lectum insiliebant, molestia incursumque grauatus, & à Mose monitus, vt diem tempusque daret, quo ipse pro rege, pro seruis & clientibus eius, & pro populo vniuerso deprecaretur, vt abigerentur ranæ, muscæ & ciniphes; bene momentem à se reiecit, occasionem capillatam antrosum non arripuit, in aliud rem tempus distulit, & respondit, *cras*. Hinc illæ lacrymæ. Non ita inquam Magdalena; verum vt cognouit, vt cœlitus inspirata fuit, ad animam medicum curatoremque omni quo potest studio properat.

Exod. 8.

Deo Samuelem adolescentem noctu euocante, ilico quidem ipse strato surgit, vocem audit & vocantem, sed ad Heli dominum suum abit. Ita hodie per multi, durante tetra peccati nocte, & in vitis alium sterrentes, à Deo vocantur; qui statim quidem exsurgunt, sed ad mundum abeunt, non ad vocantem Deum. E contra vero peccatrix hæc, vt per internas inspirationes, per conscientiae remorsum, per suppliciorum formidinem cognouit à Deo se vocari, coactam ad Redemptorem festinat.

1. Reg. 3.

Vt

*Ut cognouit, ut cognouit inquam morbi sui discrimen ac grauitatem, statim ad medicum festinat salutem quaeritur: nihil illam reuocatur aut impedimento est, quo minus in cœpro pergat; non mundi oblocutiones, non a maiorum irrisio, non aequalium muliercularum explosio, non Pharisæi contumelia & exprobratio; Simonem Leprosam minime veretur, famulos domesticos non curat, non conuiuiarum pudore tangitur, sola illi peccata verecundiam incuriunt, solam Dei offensam metuit, & ad vnicam Jesu Christi, quem offenderat, præsentiam erubescit: Ita pœnitens ille rex ad Dei sui pedes pronoluitus ait, *Tibi soli peccaui, & malum coram te feci, id est, Etsi, ô Deus meus, vti iam grauitè offenderim, & subditis meis offendiculo & scandalo fuerim, te tamen solum curo, te solum timeo, tui solius me pudet.* Ah! ita hodie agunt peccatores; Deum non verentur, sed ob homines dumtaxat & oculos hominum erubescunt. In quo illis Susannæ pudicitia insidiatoribus per similes, gaudentibus visio ianuas & aditus omnes viridarii oclusos, quasi à nemine inter peccandum conspiciendis, perspicacissimi Dei oculos, omnia penetrantes, & nihil non in abdito commissum rimantes minime veritis. Peccatrix Magdalena longe aliter se gerit; nihil enim mundum reuerita, omni mundano intuitu conculcato, solius Dei eam pudet, & ad pedes illius retrorsum versa, seque prosternens, in faciem eius non audet intueri.*

Ut cognouit. Homines non metuit, in tenebrosam rem noctem non differt, qua à nemine conspicienda erat, Pharisæi obloquia minime attendit, a maiorum suorum risum explosio nemque nequaquam moratur. Instat nempe delictum, vrget, cogit, & compellit, ut remedium ei querat. Quam ergo merito ac iure Jeremiæ Deus ait? *Ar. uet. remali-
tia tua, & auersio tua in te, postu & interdiu, & nullâ tibi requiem concedet.* Et sane ita se res habet: peccatum siquidem ipsum aduersus peccatores insurgit, animum illorum exagitat, conscientiam diuexat, eosque violentissimi cogit, ipsi ut renuntient, ac tyrannidè eius se subducant.

*Ægyptij ipsi, qui filios Israel captiuitate & seruitute premebant, quæ enixissime & importunissime ipsos orabant, & clamoribus vt suis egrederentur, in libertatem seipsum restituerent, in promissam partibus terram abirent. Dicenti mihi forsitan fidem non haberetis, nisi Exodi verbis quod dico, confirmarem, ait ergo: *Vrg. bant Ægyptij populum Israel de terra exire velociter.* Cogita, obsecro, peccatrix anima, peccata tua totidem esse velut Ægyptios, quorum ipsa seruitio imperioque subiecta es, & quæ te torquent & excruciant; hæc ipsa clamoribus te suis internis inuitant, quin imo cogunt & vr-
gent, vt illorum manibus te repente eripias, & captiuitatis tyrannicæ illorum terram relin-
quas.*

Ipsa inquam peccata postquam eadem iâ Peccata commissa sunt, aduersus nos insurgunt, bellum nobis mouent, animum mentemque gnant, mox lancinant, spiritum metu ac formidine complent, nosque noctu diuque assiduis curam & inquietudinum tormentis exagitant, vt tandem aliquando iis valedicere, vincula captiuitatis abrumperè, & tam barbara immani; crudelitate nos eripere cogamur. An non tortores ipsi & carnifices, qui in redemptorem tam immaniter omni tormentorum genere saeuierant; primi fuere, qui orabant, & in stando oclamabant, vt descenderet de cruce: *Clamabant dicentes, si filius Dei est, descendat de cruce.* Peccata profecto & tortores sunt, & Judæi, & carnifices animas nostras cruci affigentes, & ad mortem rapien-
tes; quæ postquam lethalem intulere plagam, tum ipsa instant, clamant, & nihil non agunt, vt de cruce hæc descendamus, hoc mortis tumulo prodeamus, & ad vitam resuscitemur.

Hoc expertus ipse Dauid in se, gemens ait, *Peccatum meum contra me est semper, aumquam mihi quietem indulget, dicere vult; Peccatum meum tortor est; assidue me exagitant, & instans, ipsum vt eiciam foras, cogit, impellit, instat, vrget, quin imo enssem portigit, bellum illi vt moueam, quo tantam requiem inueniam, & interna conscientia pace gaudeam. Quod Dauid de se, hoc quilibet de se peccator dicat oportet, ac ne-*

Magdalena
ob sola eru-
delicit peccata.

Psal. 50.

Peccatores
solum mû-
di confu-
sionem me-
ruant, de-
Deo parum
soliciti.

Peccatum
peccatores
compellit,
vt ipsum
delectant.
Ierem. 1.

Exod. 11.

Psal. 50.

mo sane est, si modo vere quod experitur, confiteri velit, quin libere dicturus sit, vix se fecerit us conscisse, quin illico ab ipso atrocissime diuexetur, tamque crudeliter lancinari se ab eo sentiat, vt cogere hominem quodammodo ad se expellendum eliminandumque & bellum sibi indicendum, quo è conscientia tandem emigret, videatur. Pater hoc eidentissime in pœnitente hac peccatrice, quæ mox vt peccati sui sceditatem perspexit, nullam mundi confusionem morata, ad filij Dei pedes supplex se abiicit, vt ab eo liberetur.

Vt cognouit maiestatem ac dignitatem eius, quem tot criminibus offenderat, ad eius confestim pedes prouoluitur, veniam commissorum poscit, contritionem illi suam & lachrymas offert, eiusque nomine maximas deuorat difficultates & contemnit omnia. Duo sunt, quæ ex hominum opinione mundanorum insignem amorem testantur. Primum cum amici causa quis omnia aspernatur; alterum eiuusdem in gratiam magna & ardua aggreditur.

Duo mag-
ni amoris
argumēta.

Maria
Magdalena
propter
Deum reli-
quit om-
nia.

Vtrumque in Maria Magdalena locum habuit: nam ob Jesum Christum, quem vnicè diligebat & complectebatur, reliquit omnia seipsam relinquendo, vestes inquam reliquit superbas, vnguenta illa pretiosa, fucos illos venereos, gestus illos amabiles consortia illa iucunda, symphoniam illam gratissimam, cubicula illa aulæis conuestita, amafios illos molliculos adeo & lasciuos, voluptates illas ad eo illices aliasque innumeras, quas mundus affert & spondet delicias: deinde opera adeo sublimia ardua difficiliaque aggressa est, tam promptam inquam vitæ emendationem, reformationem adeo sanctam, & pœnitentiam adeo rigidam.

Compara-
tio.

Quod in domo quam occupauit incendium fieri videmus, hoc ipsum in Magdalena locum habuit. ardense namque domo, è fenestris vestes elegantes, aurea argenteaque vasa, aulæa auro intertexta arcæ gazam & thesauros continentes, aliaque suppellex domestica eicitur. Ita Magdalena nostræ corde diuino illo æstuante incendio, de quo in Threnis suis Ieremias, *De celo*

*missi ignem in ossibus meis, & erudiuit me; omnis illico domus conflagrat, anima eius igne penitus inardescit. Quid ergo mirum, si auratas fericasque vestes, si toralia, si torques, & murenulas aureas, si gemmas & annulos, inares, specula, armillas & annulos, inares, muscum, myrrham, nardum, pulueres pigmentarios, fucos, stibium & purpurillum, & quidquid in conclau cubiculoque suo elegans & pretiosum habebat, ab se reiecerat. Huc nimirum eam impulit noticia, *Et cognouit scilicet.**

Mox ergo vt cognouit, quanta Jesu Christi misericordia foret, quam admirabilis, quæ à Redemptore in medico hoc eluceret potentia, quam beata spes peccatoribus data, & quam rata sint à Christo Jesu sanationes & medelæ passim per vniuersam Judæam datæ; vt pote, qui Simonem Leprosulum à lepra mundauerat, Chananæ filiam à demonio liberarat, Samaritanæ tot adulteria remiserat, in hæmorrhoida sanguinis fluxum stiterat; agnouit, se eundem accedendo medicum similiter à lepra mundandam, à tot luxuriæ ac libidinum generibus abluendam, denique à tetro tot peccatorum ac scelerum fluxu persanandam. Hanc illi spem suggestit delicta ac suipsius cognitio.

Vt cognouit. His è verbis quatuor esse colligo, perfectam pœnitentiam præcurrere & antecedere solita ac veluti antecambula.

Primum est, diligens vniuersæ vitæ antea inquisitio, ac sedulum eiusdem examen. Veri namque pœnitentis partes sunt, sedulo anxique inquirere, ecquo Jesu Christi misericordiam inueniat modo, idque ad imitationem sapientis & sollicitæ sponsæ illius in Canonicis, quæ sponsum suum quærans ait, *Surgam, & circuibō civitatem, quæram quem diligit anima mea.* Idem vere pœnitens anima dicat & agat.

Semei perfrictæ frontis vir & contumeliosus, vt qui maxime, cum regem Dauidem iniuriis & conuiciis suis offenderat, omni deinde qua potuit ratione illi reconciliari studuit, eius gratiam qua exciderat ambiuit, & pacem cum eo redintegrare, & veterem ami-

Sanationes
Redem-
ptore in a-
liis factæ
spem dant
Mariæ Ma-
gdalenæ.

VI.
Quatuor
veram pœ-
nitentiam
præcedere
solita.

Cant. 2.
1. Reg. 19.

amicitiam inire conatus est. Ita quoque Maria Magdalena dissolutioni deditissima, queque toties Regem regum irritarat, eiusque maiestatem ad iram prouocarat, longa quadam ac sedula inquisitione salutis suæ querendæ aptissimas rationes excogitauit, & Christi gratiam quesuit, quam tandem feliciter adinuenit. hinc Euangelista ait: *vt cognouit.*

Preparatio
sufficiens
veram præ-
cedat pœ-
nitentiam.

Alterum perfectæ pœnitentiæ præambulum ipsa est preparatio & sufficiens dispositio, verus namque pœnitens post sedulum & curiosum vitæ præteritæ examen, & diligentem misericordiæ diuinæ indagacionem generosa quadam resolutione, & inuolabili in bono perseverandi, & nunquam à Dei sui cultu discedendi proposito, se præparet oportet, pij illius Regis exemplo, qui heroica quadam mentis constantia ait, *Intraui & statui custodire legem tuam, & nunquam à statutis tuis diuinis desistere.* Idem pœnitens nostra statuerat, inuento enim eo quæ quærebatur, satis sufficienterq; se præparauit ad faciendum, quæ decreuerat; dictum siquidem in Euangelio est, attulisse illam alabastrum unguenti nardi pistici pretiosi, & in illius, cuius implorabat misericordiam, caput effudisse.

Psal. 118.
S. Maria
sufficiens
preparatio-
nem ad
pœnitentiam
attulit.

Pudor præ-
cedat pœ-
nitentiam
oportet.

Tertium, quod fidelem & sinceram pœnitentiam præcedat oportet, pudor est, & verecundia. homo namque vere pœnitens, Deo se omnia scienti & cognoscenti sistens pudore emoriatur oportet, & coram eius, quem tot maleficiis offendit, facie erubescat. Quamobrem David Rex, peccatores ad pœnitentiam, conuersionem, vitæque commendationem adhortans, auctor est, vt à pudore & confusione eam incipiant: *Conuertantur, inquit, & erubescant valde velociter,* ob diuinam maiestatem ad iracundiam prouocatam. Pudor vero aut erubescencia nihil est aliud, quam passio, quam rei aliquid inhonestæ & infamis perfert appetitus, præsertim coram hominibus honestis. Cum ergo peccati foeditas & infectio maxime sit abominanda & turpissima, & facies Dei viuens summe honesta; hinc ei se peccator & reus per pœnitentiam sistens, insignem verecundiam ac pudorem præferat,

Psal. 6.

Cui pecca-
tor Deo se
sistens eru-
bescere de-
bet.

omnigena; ratione erubescat oportet. Non defuit & hæc Magdalenæ dispositio: Christo namque hodie se sistens ita erubuit, & confusione oppleta fuit, vt retro secus pedes eius stet, eumque in facie videre non audeat.

Quartum ad pœnitentiam necessarium Humilitas & maximi referens, & quod omnium caput perfectam est, veramque omnem pœnitentiam semper debet præcurrere, profunda est humilitatis prætas: verus enim pœnitens & de commissis cedat, dolens, summo opere se deiiciat necesse est, suamque salutem & conuersionem à virtute peccato, à quo auersionem & ruinam suam est auspicatus, opposita inchoet: contraria enim, iuxta illud medicorum axioma, contrariis curantur. Exploratissimum porro est à superbia omne peccatum nasci, & initium ducere: nemo siquidem mortale scelus consciscit, nisi ex inobedientia, rebellionem, & refractaria aduersus diuina mandata contumacia. Vnde sacra Scriptura: *Anima que pe cauerit per superbiam, peribit de populo suo, quoniam aduersus Deum rebeus fuit.* Quicumque ergo sacre pœnitentiæ stadium ingredi vult peccator, à contraria & aduersaria superbiæ virtute, humilitate inquam, cursum suum opus est incipiat, & mente humili cum Maria Magdalena ad filij Dei pedes se abiiciat, ad quos ita se dimisit, vt retro eam stetisse Scriptura commemorat.

Num. 12.

Perfecta porro hæc pœnitens, adeo vere Maria Magdalenæ & humilis erat, vt Deo se sistere minime auderet, neue oculis eius se sistere, sed signem humilitatem ostendit. retro staret, eiusq; pedibus aduoluta hæret, passis per vultum capillis, oculis stillicidij in morem stillantibus, facie penitus immurata, & vestibus humi serpentibus, de decoro nitoreq; mundano parum sollicita. Ita Esther regina Deum precatura regium schemata exiit, & quidquid ad reginæ ornatum spectabat, ac vestimentis luctui lachrymisq; propriis se cooperuit, fuci & sibi loco cineribus caput consperxit, & animam simul & corpus ieiunio abstinentiaq; maceravit humiliata.

Esth. 14.

Eandem respira uir humilitatem generosa ac pia Judith, quotiescumq; cum Deo agere iudicabat.

statuebat, ac præsertim Holofernem confectura; tunc nempe cilicium induit, cineribus se cooperuit, & humi prostrata cælum versus vocem intendebat, diuinamque opem exposcebat. Ita scilicet Deus intocandus, ita illius misericordia exposcenda, ita pœnitentia peragenda, ita eam peregit Magdalena, quæ omnibus pœnitentibus præluere & exemplo esse debet.

Exod. 33.

Vestium insolentia Deum irritat, & modestia placat.

Deus peccatores à terro habet.

Exod. 33.

Deus Sabaoth & zelator, in populum Israel concitatus, quod stolidam quadam impietate vitulum aureum adorasset, Mosis imperat, vt suo il i indicaret nomine, *Populus dura cervicis es, semel ascendam in medio tui, & delebo te, iam depono ornatum tuum, vt sciam quid faciam tibi.* Parentes ergo iussis ilico deposuerunt vestimenta, & tetendit Moyses tabernaculum, & vocavit illud tabernaculum fœderis. percipite historiam hanc, Auditores, ac videte, quomodo succenscat, & ad iram concitetur Deus, quod cum peccatis filij Israel inquinati essent, ornati tamen incederent, & festiuas & gloriæ vestes induissent; quibus depositis iram quoque Deus deposuerit, & populo sit reconciliatus. Quo docentur peccatores, si modo veniam à Deo commissorum obtinere velint, & eidem reconciliari, diuinæque illius iracundiæ furorem mitigare, vestes esse sibi prætiosas deponendas, & omne schema splendidum exuendum, ad crucis pedes corpus abiiciendum, cilicio tergum premendum, cineribus caput deturpandum, oculis lacrymas eliciendas, contitionem corde concipiendam, animo denique humilitatem exprimendam, ad exemplum scilicet præeuntis Magdalene, quæ hoc in schemate Christo se præsentat, sed ea mentis humilitate ac verecundia, vix vt quasi comparere audeat, hinc stat retro secus pedes Domini.

Stare eo scilicet voluit, quo eam peccata stiterant loco: vt enim quibus mundum cor est, Deo ob oculos semper versantur, iuxta illam Redemptoris doctrinam, *Beati mundi corde, quoniam ipsi Deum videbunt*: ita vice versa impudicos & peccatores post tergum reicit, hinc Mosis, commisso crimine, dictum ab Angelo fuit: *Posteriora mea vidabis.* Hinc & pœnitens Magdalena, quæ corde adeo erat

inquinato, totq; delictorum rea, Dominum in facie non est ausa intueri, sed à tergo ac post eum delitescit stans retro.

Hunc potissimum eligit locum, & hoc se locat situ, quod in Psalmographo legisset, *Supra dorsum meum fabricauerunt peccatores,* Psal. 128. id est, supra patientiæ & misericordiæ meæ dorsum, non secus ac fabri ferrarij super incidem, iniquitates suas euderunt, & exonerarunt. Ob hanc fortasse causam Maria Magdalena, quæ tot tamque atrocità in sanctæ huius patientiæ in eude flagitia procerat, eodem quoque loco iniquitatum suarum fascem exoneratum venit, vt in immensæ illius misericordiæ dorsum & sacros Redemptoris humeros illum coniciat. Vt enim Esaias ait, *Vere languores nostros ipse* (Dei scilicet filius) *tulit, & in firmis a: es n: stras ipse portauit.* Ipse namque in dorsum omnia mundi delicta sustulit, & humeris tulit, vt secum illa cruci affigeret, & pœnas proisdem lueret. O immensus tam Saluatoris bonitatē! ipse vt peccatores Christum ab onere eximeret, seipsum grauari voluit, mori cœumque ad mortem vsque Caluarie id ferre git. decreuisset, tam ingens ac graue id expertus est, vt sub fasce exspiraret.

Stans retro. A tergo consistit: quod sciret neminem in conspectu Dei iustificandum, iuxta illam regis magni professionem, *Non iustificabitur in conspectu tuo,* & coram diuinitatis tuæ oculis, & in iustitiæ tremendæ tribunali omnis viuens. & alibi: *Vultus Domini super facientes mala, vt perdat de terra memoriam eorum.* ac deinde metu exalbescens & tremens, exclamat, *A uerte faciem tuam à peccatis.* quasi diceret: Ne obicitas obsecro, Domine, noxas meas oculis tuis, tenamque nimio opere ad iracundiam concitarent, exitique mihi & excidij periculum crearent; sed post tergum eas reice, ne illas videas & agnoscas. Idem pœnitens hæc & ait & agit; Judicis namq; huius furorem formidans, ac sententiæ eius rigorem, & oculorum minas, à facie illius se subducit, & stat retro.

Retro stat, & post tergum Redemptoris latet, vt illum inter Patrem æternum ac se mediatorẽ obiceret, quo benigniorem, mitioremq; illum Iudicem experiatur. Hinc

non

nō immerito regius vates ait, *Procedor noster, aspice Deus, respice in faciem Christi tui.* dicere vult; noli in me tuos conicere oculos Domine, sed primum filij tui vnigeniti vultum intueri; si enim iniquitates hominum obseruaueris, & respexeris propius, quis tam feriam rigidamque inquisitionem sustineat, tam feneo examini se sistat.

Magdalena
aromata
pretiosa af-
fuit, vt iis-
dem terram
scelerum
suorum
maleolen-
tiam tollat.

Mariā ergo hac cum prudentia, & quas recensimus circumstantiis, incredibili accedente verecundia, confusione & humilitate, domum Pharisæi subiens, in qua Redemptor conuiuabatur, ad sacros eius pedes supplex procidit, veniam scelerum efflagitaturā, eumque ad clementiam indulgentiamque inuitaturā. Consideratione dignum est, illam priusquam Pharisæi tectum ingrederetur, diuinæque maiestati propior fieret, manibus vacuis minime apparuisse, sed vas secum alabastrinum vnguenti spicati pretiosi & fragrantissimi plenum attulisse. Norat nepe peccata sua coram Deo scelerē, & tetram exhalare mephitim, quin imo mera esse contagia, & pestes terribilissimas. Hinc bonos affert odores & pretiosa vnguenta, quorum redolentia & fragrantia Redemptoris naribus esset iucundissima, vt hoc pacto omnem præteritarum nozarum maleolentiam ac fœtorem penitus tolleret.

Exod. 30.

In huius rei figuram est, quod altare Thymiamatis sibi in Exodo construi iusserit Deus, vt in eo thus aliique suffitus odoriferi adolerentur. Ibidem quoque mandari, vt summus Sacerdos Aaron semel quotannis super altaris huius cornua in sanguine, quod oblatum est pro peccati expiatione, deprecaretur. Legis verba sunt hæc, *Et deprecabitur Aaron super cornua eius semel per annum in sanguine, quod oblatum est pro peccato.* Recte quidem ante deprecationem ac propitiationem pro peccatis scilicet suffitus præcedebant, vt bono quodammodo odore viam præpararent, & impedirent, ne terribis maleolentibus; diuina maiestas offenderetur. Ad ritus huius imitationem peccatrix hæc fœmina pretiosis & odoriferis vnguentis stipata, Dei filium accedit, ne forte peccatorum suorum putrescentia & fœtore eius amplitudo ac dignitas irritaretur.

Bessai tom. 3. de Sanctis.

En & alium conceptum. Hæc enormium Magdalena ac plurimorum reflagitiorum fœmina, gratia sua hinc uiter se Deum ad iracundiam prouocasse, offerit vniusque iustitiam concitasse agnoscit. hinc guenta, confortat eundem placaturā, & pacem cum ius vt iustis ipso initura, aromaticis refertam odoribus tiam plapxydem affert, ipsi eisdem vt offerat, simul cet. que hac ratione testetur, quantopere eum exacerbatum doleat, & quo in posterum in illius cultum obsequiumque futura sit animo, ecquod etiam eius diligendi conceperit desiderium. Ita & Jacob Patriarcha, è Mesopotamia redux, comperto Esau fratrem, quem iam dudum aduersarium expertus erat, & inimicitias secum mortales gerere noverat, in viam se dedisse, & in fraternam perniciem ruinamque conspirasse, quidquid è domo Labani electum ac pretiosum efferebat, selegit, vt in Esau eiusque comites dispartiretur, & illius hoc pacto animum & furorem leniret, secum ipse dicens, *Placabo eum muneribus.* Eodem quoque modo Magdalena nostra, cognito Dominum se aduersarium habere, & iam dudum iustitiam eius in delicta sua vindictam iurasse atque intentare, naribus gratissima & pretiosissima omniū, quæ domi habebat vnguenta selegit, eadem Domino oblatura, eum vt iisdem placaret, misericordiamque ipsius in se & caput suum muneribus similitumque rerum oblatione prouocaret.

Addam ad alios. Veteri lege cautum erat, ne quis è præsumptione temeritateque coram diuina maiestate vacuus, nihilque deferens appareret. Lex est: *Non apparebis in conspectu meo vacuus.* Quocirca mulier hæc legis huius non ignata, & in eadem enutrita, eum, quem verum esse Deum agnoscit, vacuis adire manibus perhorrescit; hinc monera deferit, & odoramenta in eum effundit electissime è myrothecio suo deprompta. O egregia & illustris mutatio! o præclara metamorphosis! absynthia mutari in suauitatem, spinas in rosea, fœtores in suffitus, mephitim in zibethum, venena in odoramenta pretiosa, & Magdalenam adeo ante sordidam, & fœtidam ac putrescentem, modo tam iucundum spirare odorem, & odoris vnguenta afferre gratissimi.

Exod. 34.
Veniit o-
lim Deus
quemquā
suum in
conspectū
venire
vacuum.

Sed alia longe mutatio, eamque erecto
 incidere solebat vertice, ceruice præ impu-
 dentia, & inuerecundia elata gestu insolenti,
 oculos ludibundos voluere, & intuitu vnde-
 quaque impudico neminem non ferire
 astrictam, modo vultu stare mortificato ac
 demisso, fronte pudibunda, gestu modesto,
 decoro, & virgineo, oculis lachrymarum ro-
 re turgidis, quo sacros Redemptoris mun-
 di pedes abluir. Vnde Euangelista, *Lachry-
 mis cepit rigare pedes eius*, Sancta hæ lachry-
 ma egregiorum mihi erunt conceptuum sem-
 mibarium.

Ceruus
 faucius
 fontes per-
 tit.
Psal. 41.

Ceruus inter quadrupedia non postre-
 mum venenato faucius iaculo, dolore per-
 citus, ilico fontem quarit, eo inuento eius
 in aquas se deiecit, ibique stomachum pur-
 gaus derepente, expirat. Hoc faucius erat
 modo Dauid Rex, dum ad propositum no-
 strum exclamat, *Quemadmodum desiderat cer-
 uus ad fontes aquarum, ita desiderat anima mea
 ad te Deus.* Hoc item modo vulnerata erat
 sancta hæ peccatrix, quæ innumeris con-
 fossa ad mortem vsq; telis, magna animi co-
 rentione & instant a Jesum Christum, fon-
 tem illum aquarum viuentium inuestigat;
 quo inuento ad eius se pedes prosternit, &
 honesto quodam vomitu è conscientia sua
 omnes scelerum spurcitas eiciens, eod-
 em loco pompis, voluptatibus, honoribus,
 vanitatibus, & quidquid mundi erat,
 moritur. Testatur hoc pietæ & vberimæ eius
 lachrymæ; nam *lachrymis cepit rigare pedes
 eius.*

Psal. 134.

Compara-
 tio philo-
 sophica.

Dauid no-
 ctu & in-
 serdiu deli-

Quemadmodum è salsa maris vnda va-
 pores ascendere constat, qui deinde in nu-
 bes concreuant, suo tempore in aquas dul-
 ces terræq; peritiles resoluendas. iuxta illud
Psal. 134. Educens nubes ab extremo terra. Ita &
 hodie nemo non ex amaro, tristi, ac dolenti
 Magdalena ob admilla in Deum flagitia
 corde suspiriorum & gemituum vapores vi-
 det erumpere, qui deinde in nubes singul-
 tibus turgidas coeunt, sed postea in dulcem
 lachrymarum imbrem sterili eius animæ im-
 primis necessarium ac per omnem modum
 vtilem, resoluuntur ac liquecunt. Ita Dauidi
 Regi factum est dicenti, *Lauabo per singulas
 noctes lectum meum, lachrymis meis stratum me-*

um rigabo. Aliter hic Hieronymus ex He-
 braeo interpretatur, *Nature, inquit, faciam le-
 bat. Etum præ abundantia, videlicet lachrymarum,
 ita ut laui possit in lachrymis.* Magdalena ve-
 ro non lectum duntaxat lachrymis suis irri-
 gat, sed & Redemptoris pedes tristi hoc la-
 chrymarum officio ministerioque hume-
 ctat & irrorat. nam *lachrymis cepit rigare pedes
 eius.*

Angelis cælo delapsis, vt iustum Loth *Gen. 19.*
 conflagratione Sodomitica educerent, dicitur
 Loth ipse pedes abluisse. Cum ergo ma-
 gni ille consilij Angelus Jesus Christus, fi-
 lius Dei viui, qui propter nos homines &
 propter nostram salutem descendit de cælis,
 in mundum venisset, vt peccatricem hanc
 incendio, Sodomitico longe deteriori eripe-
 ret (nam Sodomiticus ignis non nisi corpora,
 hic vero & animas adurit, & in cineres redi-
 git) rationi maxime consentaneum erat,
 vt gratissima lachrymarum suarum lymphæ
 sacros illius pedes ablueret.

Prædixit olim Dei voce Esaias: *Ponam de-
 sertum in stagna aquarum, & terram inuiam in
 riuos aquarum.* in Magdalena nostra propheta
 hæc ad vnguem impleta est: nam videas
 eam, quæ deserti instar sterilis erat, sacris gra-
 tiarum benedictionumque aquis destituta,
 terraque arida, & à nulla virtute inhabitante
 fœcundata, hodie in stagnum & patentem
 lachrymarum fluuium conuersam.

Dixit quoque regis alibi Vares: *Qui con-
 uertit petram in stagna aquarum & rupem in fon-
 tes aquarum.* Ad litteram intelligendum hoc
 cenfeo de miraculo olim factò in deserto
 Sin, quando scilicet Moses virga rupem per-
 cutiens, copiosissimas inde aquas eduxit. In
 mystico ramen sensu referri id ad Mariam
 Magdalenam queat, in qua vere illud adim-
 pletum: quæ enim vera petra scandali erat,
 & verus quædam duritiei rupes, hodie non
 sine prodigio in stagna, & in fontes lachry-
 marum conuersa est, cum nimirum *lachrymis
 cepit rigare pedes eius.*

Vt tacem Prophetarum oracula, adim-
 pletum in illa quoq; salutare Jeremiæ consi-
 lium dicentis: *Deduc quasi torrentem lachry-
 marum per diem & noctem, non des tibi requiem, neq;
 taceat pupilla oculi tui.* Vltima porro notan-
 da sunt

Magdalena
 erat petra
 scandali, &
 peruicacia
 rupes.
Thren. 1.

Lachrymæ da sunt verba, *Nec taceat pupilla, &c.* quibus coram Deo loquuntur. significatur lachrymas ac fletum discrete coram Deo perorare, & esse quam eloquentissimas. Hoc porro ritu hodie Magdalena loquitur, & Prophetæ consilium exactissime compler: & oculis quippe suis torrentes elicit & oceanos, noctu & interdiu sibi requiem non indulget, illiusque pupillæ à fletu non cessent; lachrymis deniq; suis indefinenter loquitur & clamat.

Memineritis hic oportet tria esse in homine, quæ sine lingua, ac verborum sonoluantur, ita tamen inclament, ut vel in cælo illorum clamor exaudiatur. Primum sanguis est: ac propterea impio & parricidæ Caino, post fratrem Abel scelerata preceptum manu, Deus ait, *Eccc vox sanguinis fratris tui clamat ad me*, & iustitiam exposcit. Secundum, cor est: atque ita Anna Samuelis mater, tametsi ne vel verbum ore proferat, clamare dicitur; & ipse David, ore in verba non laxato, è cordis penetralibus plena inclamat voce, *De profundis clamaui ad te Domine*, Domine exaudi vocem & clamorem meum. Tertium lachrymæ sunt: agnouit & hoc inter veteres Poëtas non infimæ notæ Ovidius.

Incedum lacryma pondera vocis habent. & Prophetarum etiam non nemo cum ad Deum vociferâs ait, *Auribus percipe lachrymas meas.* his porro hodie loquitur Magdalena, filij Dei pedes lachrymis humectans.

Vna è primariis maximisque harum lachrymarum causis ipsa scelerum fuit recordatio & consideratio, in quatuor potissimum sita rebus. Considerabat namque primo, qualia, & quanta, quamque enormia essent, quæ conseruerat delicta; denique quæ negligentia sua omiserat bona, ad quæ tamen ex officio obligabatur; tum quæ iniquitate sua incurterat mala & miseras; lubricitates quoque, immunditias, & sordes, in quæ prouoluta erat, scelera & abominaciones, quibus indulgebat, dæmones quibus obsecuta erat. Hæc omnia animum eius lancinabant, torrentesque lachrymarum oculis eliciebant, & cum Psalmographo dicere cogebant, *Exiit, inquit, & cum illo Magdalena, aquarum deduxerunt oculi mei, quia non custo-*

dierunt legem tuam: id est, ita me macerat offensa tui, ut oculi illam mei quotidie luant, & nunquam non lachrymis natent, quod legem tuam violarint, & sancta mandata tua neglexerint. Quid ergo mirum peccatricem hanc in lachrymas resolui, quid mirum ita illam ut parturientem torqueri, cum tot diabolicos fœtus patiendi in discrimine ageret, quod aduersus Deum commiserat mala. Atque huc forsan Redemptor alludit apud Joannem loquens, *Mulier cum parit, tristitiam habet.*

Secundo, reuocabat in mentem inæstimabiles quas fecerat iacturas, & quanta, quamq; eximia essent, quibus peccando exciderat, bona, regnum scilicet cœlorum, Dei visio, Angelorum societas, Sacramentorum Ecclesiasticorum participatio, communitio Sanctorum, bonorum quæ ante fecerat operum meritum, tot laborum molestiarumque in virtutibus assequendis antequam Veneris castra sequeretur, merces & remuneratio. Si diuites & Sapientes mundi huius interdum summopere affliguntur, & nimium quantum sæpe dolent, cum vel minimam bonorum temporalium iacturam fecerunt, vel commodorum quæstusque soliti incus est cursus; quantopere ergo miseram hanc peccatricem indoluisse, & amariori fletu immaduisse sit verisimile, tantarum tamque eximiarum se rerum iacturam fecisse videntem? hoc scilicet cor eius dolore dissecat, hoc oculis lacrymas elicit.

Tertio, mente voluebat, ecquos offenderet, Deum imprimis rerum auctorem & creatorem, infinitam illam maiestatem esse quoddam infinitum & à nullo dependens, & cui cætera Esse subalterna sunt, Dominum denique supremum & incomparabilem. Deinde Angelos & sanctos omnes. Ad eo, ut si prodigus ille præteritis insolentiis & vitiis adolescentiæ ad mentem reuocatis, in cælum & patrem peccasse lachrymis potius quam verbis se dixerit; femina illa vere omnibus in rebus prodiga maiorem dubio procul stendi vberioresque lachrymas profundendi occasionem habeat, sceleribus animo representatis, quibus in Deum si-

Ioan. 16.

Jacturæ quas peccatum parit.

Maria peccauit in Deum, Angelos, & sanctos.

Luc. 15.

mul & Angelos, cœlum iuxta ac terram peccarat.

Quæ Magdalenæ mala peccatū attulerit.

Gen. 27.

Quarto denique perpendebat, quas sibi peccata calamitates ac miseriae creassent, regni cœlestis exheredationem, omnium gratiarum priuationem, bonorum spiritualium sublationem, probrosam honoris amissionem, æternam damnationem, omnipotentis magnique Dei indignationem, supplicia denique æterna & numquam finienda. Si & fauissimopere ob amissa primogenitorum iura cruciabatur, vt in lachrymas & suspiria prorumperet; credamus & censeamus oportet, miseram hanc pœnitentem longe magis indoluisset, & vberiores multo lachrymas tanta rerum quam fecerat iactura ad animum reuocata profudisse. Adco vt quadruplex hæc consideratio simul sumpta extremos illi dolores & animi amaritudines attulerit, & infinitas amarissimasque oculis lachrymas eduxerit.

3. Reg. 18.

Figura.

Egregiam quadruplicis huius considerationis in veteribus Regum historiis comperio figuram: in quibus lego quatuor aquarum vinas in altare Eliam effudisse, & eligno illico magnam erupisse flammam. Aqua quatuor illis vris effusa, vera est lachrymarum Magdalenæ oculis ob quadrifariam illam considerationem erumpentium imago: vnde tantum amoris prorupit incendium, omnia vt delicta eius ab eodem consumpta sint, & pœnitentiæ eius sacrificium redditum acceptabile. Vel potius quaterna hæc aquarum effusio quatuor alias denotabat causas, quæ innumeratas hæc in peccatrice lachrymas causabantur, nimirum diuinorum iudiciorum metum, offensarum admissarum pudorem, bonorum neglectorum dolorem, ac diuinorum beneficiorum memoriam. Hæc forsitan tantam cordi amaritudinem peperere, & tantum lachrymarum fontem eduxere, vt pedes Redemptoris iisdem irrigare potuerit.

Iudic. 17.

Sacerdos quidam Ephratæus, nomine Michas, latrunculos, à quibus & domus eius compilata erat, & idola inprimis sublata, insequens, aëra replebat gemitibus ac fœmineo ululatu, & lacrymis numinum suorum iacturam deplorabat: his clamoribus

exciti latrunculi, lamentorumque causam sciscitantes, audiunt ab irato & indignabundo, *Deos meos, quos ego feci tibi, tulisti, & quariis, Quid ploras?* quasi diceret: Grauisissimam & maximam feci iacturam, & mirum videtur vobis, me plorare, gemere & indolare.

Hic mentem cogitationemque sustollite Christiani: si sacrificulus ille idolum inane, mutum, & quod suis sibi manibus concinnarat, sublatum tantis profecutus est lacrymis, quod numine iam careret; quanto potius & magis peccatrix hæc plangat & ingemiscat, Deo suo vero ac vere cœli terraque conditore amisso? Nec ipsa solum, sed & quilibet Christianus eandem passus iacturam: an non æternis res illa lachrymis digna? Ita sentiebat scilicet Dauid; vnde & ipse libere confitetur, se quoties amissi sui Dei recordatur, in lachrymas prorumpere solitum nec eas inhibere potuisse, *Fuerunt mihi, inquit, lachryma mea panes die ac nocte, dum dicitur mihi quotidie, ubi est Deus tuus?* Mirumne ergo aut peregrinum, Magdalenam pœnitentem, post Dei sui, animæ, regni cœlorum rerumque aliarum iacturam, in lachrymas ita resolui? mirabimurne dicere Euangelistam? *Cœpit rigare lachrymis pedes eius, &c.*

Dauid eiusque comites videntes urbem Siceleg incendio cōsumi, & mulieres simul & paruulos in seruitutem captiuitatemque abripi, *Planxerunt, donec in eis deficerent lachryma,* quæ verba ex Hebræo etiam hoc transferri modo possunt, *Planxerunt, donec non esset in eis robur ad flendum.* Septuaginta porro ita legunt: *Sic fluerunt, donec non erat robur in eis, vt flerent amplius.* Quid ergo hæc pœnitens faciat, viso, ciuitate Dei, id est, animâ suam, à peccatorum flammis penitus infessam, & gratiam eiusque comites, virtutes inquam simul omnes inde sublatas? quo se gerat modo tam triste & amarū intuitu spectaculum? flet nimirum, donec in illa deficiant lachrymæ, donec flendi amplius non suppetat robur aut potestas.

1. Reg. 30.

Mirifice beati Petri Principis Apostolorum lacrymas excollit sacra Scriptura, eumque amarissime fleuisse testatur, sed foras iam

Dei iactura æternis lachrymis deploranda.

Psal. 41.

iam egressum, ac nemine conscio, *Egressus foras fleuit amaro.* Hæc vero coram aliis in domo Pharisei, mediis inter epulas, à conuiuio spectata, in lacrymas prorumpere non erubescit, quin imo iisdem gloriatur, ut probe conscia nihil iis esse apud Deum gratius, nihil fieri peccatori conducibilius, aut consentaneum magis.

Præcipit in libro Numerorum Deus, in solennioribus anni festiuitatibus hircum: si bi pro peccato offerri. Ad quid vero in festis celebrioribus pro peccato victimam exigit? Ingens hic latet mysterium, & insignem contemplationem hocce sacrificium inuoluit. Ve videlicet hinc discas homo, nullam esse festiuitatem, solennitatem nullam, nullam esse denique lætitiã, in qua delictorum recordatio Deo non sit quam gratissima. Nolito putare, Deo quid displicens te facturum, si media inter conuiuia, inque iucundissimis cõtuberniis & symposiis ob peccata, interdum ingemis, & in solennitatibus festiuius & diebus amœnissimis pœnitendo te exerceas. Respice porro, quid pia agat Magdalena in triclinio phariseico, in medio conuiuarum, medios inter plausus & symphonicos: simul etiam tecum confidera, quanti eius lachrymæ pretii fuerint, quanti habitæ, & noris omni eas tempore esse vitales & permagni referre.

Exclamem ergo merito, ô beatas lacrymas! ô lacrymas plane diuinas & cœlestes! vos etenim pœnitentiæ estis symbola, vos doloris argumenta, vos item gaudi notæ, & amoris indicia, pœnitentiæ & doloris signa vos esse notissimum est, & nimis quam manifestum, sed etiam gaudii testes esse exemplis iam aliquot declarabo. Esau fratri Iacob factus obuiam *amplexatus est eum, stringensque collum eius, & osculans fleuit.* Ioseph item Patriarcha, ut in eodem scriptum est libro, fratres suos agnoscens, secessit paululum à turba & lacrymis habenas laxauit: quibus scilicet suum ob illorum in terra aliena conspectum gaudium testabatur. Eius item pater Iacob, filium Ioseph adhuc viuere, & ad honores sublimatum cernens, *irruit super collum eius, & inter amplexus fleuit,* lætitiã animi lachrymando testaturus. Euidenti

sim omnium exemplum dabit Tobia historia: in qua pium senecionem cum uxore, ad filium, quem absentem magna animi amaritudine ut mortuum luxerant, reditum, illius in amplexus insigni cum effectu ruere videbimus, & ambos præ lætitiã uertim flere, *Et suscipiens osculatus est eum cum uxore sua, & ceperunt ambo flere præ gaudio.*

Amoris eas symbola esse, facile quoque Lacrymæ fuerit ostendere. Dixit iam olim Romanus signa bene-Orator *fideles eas testes esse amicitia.* Quin & uolentiã Indæi, uisus Redemptoris in Lazari resuscitatione lacrymis, euidens inde amoris & affectus eius in defunctum argumentum elicitur, & secundum naturalem consequentiam dixere, *Ecce quomodo diligebat eum?* Lacrymæ scilicet uisæ eos ad hoc de mutuo inter illos amore testimonium ferendum pellebant. Id ipsum è Magdalene lacrymis testimonium ferendum elicit Redemptor, eque situs magnitudine de magnitudine amoris & affectus iudicauit dicens, *Remittuntur ei peccata multa, quia dilexit multum.* Et sane lacrymæ amoris fomenta sunt, & uia affectuum pene inter mortuorum flabra. Iisdem namque sanctum erga Deum amorem Magdalene, & charitatem penitus extinctam reaccendit.

In Epiro fontem esse tradunt rerum naturalium Scriptores, in quem coniectæ ardentis faces, pro naturali omnibus aquis qualitate, exstinguantur, exstinctæ uero & non ardentes accenduntur: quod mirum plane & admirabile est. Similes hisce aquis sunt lacrymæ, quod suo nobis exemplo penitus hæc ad oculum ostendit: in has enim coniectæ, inflammata concupiscentiarum eius sax, quæ flammis circumquaque ei aculabatur, penitus exstincta est, & diuini amoris tedita, quæ antea nullas ignis scintillas euibrabat, perfecte accensa est. Nolite ergo mirari, si tam amare ad Iesu Christi pedes lacrymetur.

Puella à ludæis in bello capta, externis orta parentibus, alicui de filiis Israel, cui ardebat nuptura, priusquam eius coniugio iungeretur, mense integro parentes captiuitate amissas deplorabat. Magdalena non quidem

Lacrymæ signa gaudii

Gen. 33.

Gen. 42.

Gen. 46.

Tob. 11.

Ioan. 11.

Luc. 7.

Fons admirabilis lacrymis collatus.

Deut. 21.

alienigena, nec de gentibus orta, sed peccatis alioquin inquinata, non vno duntaxat mense, sed tricenis ipsis annis Patrem suum cœlestem, & sanctam Ecclesiam matrem suam, quas peccati captiuitate & dissolutione sua amiserat, eluget.

Septes filia, vt in libris Iudicum relatum est, morti se adiudicatam audiens, bimestre à parente spatium postulat, quo per montana cum sodalibus & coeuis virginitatē plangat. Ita Magd. lena ad damnationis sempiternæ mortem addicta, non bimestri, non biennij, sed triginta annorum spatio discurrit per montium prærupta & inuisa, inque desertis commoratur locis, vt virginitatis suæ iacturam, honoris rutinam, & vitæ scandalum pœnitentis ac dissolutæ puellæ in morem deplorat ac plangat.

Malefici ciuilibus magistratus sententia ad mortem damnati, gemunt, stent, & plangunt, veniam commissorum rogantes, & vitæ emendatio em spondentes. in diuinę iustitię senatu æternæ iam morti adiudicata Magd. lena erat, iuxta illam supremi legem Legislatoris. *Anima que peccauerit, ipsa morietur.* & multo euidētius in lege de adulterio lata, *Hac mulier deprehensa est in adulterio, secundum legem debet mori.* Magd. lena igitur tot adulteriorum erat rea, ac proinde morti adiudicanda; sed videte, vt ploret, vt gemat, vt se excruciet, vt veniam poscat, vt vitam emendatiorem spondeat: videte, vt ad Iesu Christi pedes lacrymis nater, Deoque suo gemitus, suspiria, contritiones, planctus, ac lamenta offerat.

Dauid cum vicinos quosdam populos idolis addictos profligasset ac fudisset, & superstitiosos in castris relinquentes fuga sibi consulere; reperta rex idola flammis iniici iussit. Quænam ad idolorum horum combustionem pius hunc regem causa impulerit, quærit Augustinus: & responderit, quod pro more populus hic barbarus haberet, suos quotidie gemitus, suspiria, lamenta ac lacrymas illis offerre ac dedicare. Equum porro & rationi consentaneum est, idola, quibus dantur lachrymæ, igni adiudicari: quod altissimo solum Deo illæ offerendæ sint, & eius duntaxat nomine, & ob crimina ad-

uersus eius maiestatem admissa effundendæ. Quotnam vero in mundo idola sunt, quibus suos peruulsi consecrant fletus? quam multas hodie (proh dolor) ob auri & argenti iacturam, ob honores & voluptates amissas, & quam exiguas Dei causa, vel ad delictorum veniam obtinendam plerique lacrymas effundunt? Non ita Magd. lena sed ob delicta sua, & Dei vnus amissi ergo plangit, cuius lacrymis pedes rigat, & capillis suis tergit.

Et capillus tergebatur. Solent, qui in bello succubere, & victi sunt, ad victoris pedes prostrati, quibus aduersarium oppugnant, arma offerre: atque hoc ritu superatos se, & inferiores declarare, victoribus palmam consignare. Ad eum plane modum pœnitens hæc peccatrix, quæ diuturno Deum bello lassauerat, superatam se tandem, & à Christo debellatam cernens, ad eius prouoluta pedes, supplex, summaque animi demissione arma illi offert, quibus eum toties impetierat, & violenter oppugnat. Ecquæ vero alia peccatricis huius, quibus supremum imperiuit Numen, fuisse arma, quam oculi, capilli, vestes, vnguenta, pulueres, & fuci pigmentarij? Hæc porro vniuersa hodie ad aduersarij pedes abicit, inque eius manus tradit: oculos, lacrimando, vestes easper terram rapando; vnguenta, in pedes Domini effundendo; crines denique, eisdem casarie passa detergendo.

Lyranus in Iosue commentans, è veterum Rabbiorum monumentis eruit, meretricem illam Raab pro more habuisse, amassos funiculo illo coccineo in domum & conclave suum pertrahere. Erat scilicet funiculus hic illi peccandi, Deique offendendi instrumentum, sed eundem postea ad eius obsequium impendit, dum illius seruos per eundem velut per scalas in domum admisit, quo Deum ita officio permonuit, vt id salutis eius & conseruationis fuerit exordium: idemque funiculus, qui peccati olim signaculum fuerat, post honoris & tutelæ aduersus militiam incursum nota fuit. Et sane nulla Deo gratior oblatio aut donarium, quam dum illa ei offeruntur, quibus mundo antea sumus obsecuti. Quod sciens Apostolus, Romanos

Soli Deo offerendæ lachrymæ.

Quibus armis Deum Magd. lena oppugnauit.

Lyranus in Io. 1.

Rom. 6.

manos hortatur, vt Deo illa offerant, & eius obsequio impendant atma, quibus ante eum impugnauerat: *Sicut exhibuistis, inquit, membra vestra seruire immunditia, & iniquitati ad iniquitatem, ita nunc exhibete membra vestra, seruire iustitia in iustificacionem.* Magdalena venustas, oculi, capilli, vestes exquisitæ, funes & gradus quodammodo erant, quos domum suam ad Dominum offendendum & malefaciendum intrantibus hæc necessebat peccatrix, sed hæc omnia hodie Deo offert, obsequioque eius dedicat, suos etiam capillos, ad pedes eius ablucendos, in insignis humilitatis & pœnitentiæ testimonium, impendens. Simul etiam vt doceret, peccatores iisdem sanari malis, quæ olim iis afflictiones & morbos attulerant.

Res Deo gratia offerre illi eadē illa arma, quib. cum ante offendimus.

Num. 17.

Et sane verissimum est, eadem quæ peccatori arma mortem afferunt, vitæ ac salutem, è contra eidem afferre tum, vbi se agnoscere, vitamq. respiciens in melius mutare decreuit. In huius rei figuram videbitis filios Israel in deserto ab ignitis serpentibus in idololatriæ castigationem immisis, sauciari, & eos ipsos ilico à serpente alio æneo cōspecto sanari, serpentes scilicet primi neci dabant, & ænei intuitus vitam pariebant. Quo mysterio declaratur, ea ipsa, quæ perniciem interdum nobis creant, esse sæpe media & causa, quib. salutem nanciscamur. Ne vero lōgius exempla peturi abeamus, ipsi Magdalena capilli perniciem illi & interitum ex parte creant, & ei ipsa tandem felicitatis propriæ & animæ salutis fucere occasio.

Eadē quæ mortē nobis causant, sæpe etiam vitam causantur.

1 Reg. 9.

Philistæi cum arcam Domini bello cepissent, gratissime ob hoc ipsum in partibus vrendis puniti sunt, & mures insignem peragros & fata illorū stragem fecere. Tunc principum satraparumque consilio anos fecere, & mures aureos, quib. Deo in peccatorum condonationem oblati, & ablata plaga est, & ira Dei conquieuit. An non ergo hoc ipsum, quo affligebantur, sanitatis ac curationis illorum fuit instrumentum? Magdalena sane eleganti suā coma in interitum præcipitarat, Deumque irritarat, & iis ipsis salutem consequitur, & furorem diuinum mitigat.

Allegoria.

Exod. 32.

Hinc quoq. Exod. 32. scriptum est, filios Israel eas ipsas armillas & in aures aureas, quas

ad vituli aurei quem adorarāt conflationem contulerant, deinde etiam ad fabricam tabernaculi in Dei Israel honorem obtulisse, quod sc. olim diabolo pessimo exemplo obtulerant, idem postea sancto quodam animi motu in Dei viuētis cultum dedicarunt. Idem & nos imitari conuenit, Deo offerentes ac dedicantes omnia: quibus eum aliquādo ad iram prouocauimus, eiusque iustitiam in nos irritauimus. Exemplo nobis est Magdalena, quæ Dei donis & gratis male vsa, & omnia corporis membra & perfectiones ad mundo seruiendum, creatoremque offendendum adhibeat, errorem tandem suum agnosces, & respiciens, alium viuendi agendique modum induit, & quæ mundo dedicarat, Deo deinde obtulit, admirabilem agens de commissis pœnitentiam.

In hoc igitur eam imitemini animæ peccatrices, ad eius pœnitentiæ normam vestram adaptate vitam, eius præuentis exemplum moribus & agendi ratione sequamini. Illa vobis sit speculum ad affectus vestros dirigendos, ad peccato exeundum, eius horrorem agnosendum, vanitates conculcandas, mundo valedicendum, & in vitæ reformatione, austeritate vitæque emendatione illam velut imaginem & prototypum amulamini.

Vos vero puellæ, quæ peccantem secuta Apostro- estis Magdalenam, vestra estis forma abusa, pœ ad parā honorem prostituistis, nomen vestrum honestas commaculastis, omnium factæ fabula estis, puellas ac quæque vna ruina tot illustres vobiscum amulieres. nimas in interitum pertraxistis, tot omnibus dedistis scandala, denique varijs Deum simul & proximum modis offendistis; peccatis & immunditijs vestris tandem aliquando egredimini, agnoscite in quara tandem, quo in discrimine versemini, peccatis huius pœnitentis vestigia sequamini, cuius peccantis vitæ non estis semita insistere; datis cœlitus charismatibus rite vtamini, famam nomeaque vestrum vitæ melioris exemplo reparate, nolite peccare in ciuitate, nolite in omnium ore ac lingua versari, nemini interitus deinceps sitis occasio; sed diuina perhorrescite iudicia, ac clementiam cœlestem supplices deposcite.

Gen. 19.

Apoc. 17.

Vos inquam, quæ ut peccatrices in ciuitatibus agitis, vix filia Sodomæ, matres fornicationum, illi Apoc. lyptica; perfimiles; fornicæ corruptionum, & spurcitiarum sententiæ, petreæ scandali & lapides offensionum, partus omnigena dissolutione funestæ & infelices, calamitatum ac malorum omnium fomites, domorum, familiarum, generis, ac rerum publicarum pestes & naufragia. Misella scorta, prostibula, & triobolares meretriculæ, flammanes Veneris faculæ, & facales lubricitatis ac libidinis titiones, quæ pavonum instar elata ceruice per urbem gradimini, dearum lingua loquimini, reginarum instar induimini, sed cæcæ demonum ac pecudum instar vitam instituitis; in Magdalenam hanc oculos conicitate. Peccatis vos, peccauit & illa; viuitis dissolute ac lubricæ, vixit & illa, insolefcitis, inepicitis, superbitis, amatis vanitates, præiuit Magdalena: sed vitam penitus ipsa priorem immutauit, & pristinam insolentiam tam amaris lacrymis expiauit. In illam ergo oculos mentemque deinceps conuertite, eius pœnitentiam notate, respicientiam & vitæ instituræ rigorem inspiciate. Docebit vos illa mundum aspernari, eius vanitates pedibus proterere, vestes & splendidos ornatus nihili facere. Docebit, quomodo fucos & pulueres odoriferos, purpurissum, bolos aromaticos, zibethum proculcare oporteat, & ad Christi illa pedes abiicere. Docebit, quomodo salaces illi, impudici, effrontes sint inuitus cohibendi, quomodo in terram desigendus obrutus, quomodo ad lachrymas eluendis delictis & expiandis noxis efficacissimas oculi sint assuefaciendi. Inruemini eam, obsecro, diligenter; ab illa siquidem disceris turrilas illas & fastigiatas capitis mitellas deicere, ceruices elatas demittere, in eam denique, qua tor animas inescastis, rigidius animaduerrere. Docebit denique, quam celeste numen sit ratione placandum, quonam eius iræ occurrendum modo, iustitia eius exarmanda, misericordia imploranda, peccata expianda, & quo pœnitentia ritu instituenda.

Te vero inuoco, ô sancta pœnitens, peccantium spes, rigoris exemplar, Ecclesiæ miraculum, hominum spectaculum simul &

Angelorum, pœnitentiarum schola, respicientium speculum. Quanto prode, ô piissima Magdalena, hodie Ecclesiæ prodes, & quantos pœnitentibus addis animos, quot nomini deniq; tuo deuincis Christianos? Discunt siquidem ex te adolefcitula ac puellæ mundo non fidere, voluptatibus non inescari se sinere, vanitates proterere, libidinem & dissolutionem fugere. Comptulis vero mundi que sectatricibus exemplo præis, quomodo vitia sint reliquenda, præsumptio refecanda, affectus moderandi, diuina iudicia perhorrescenda, noxia deferenda contubernia, honor ac pudor præ oculis habendus, virtuti incumbendum, vitæ que sit melioris propositum concipiendum. Peccatrices autem ac dissolutæ per te edocentur, non esse Deum semper exacerbandum, non continuo iniquitia perseverandum ac progrediendum, non semper diuina patientia abutendum, non semper in creatorem arma stringenda, non vsque vitis indulgendum. Omnes denique vtriusque sexus & omnis ordinis peccatores tuo discunt exemplo, etiam in finis, grauissimisque commissis flagitiis minime esse desperandum, in quæcumq; demum vitiorum præcipitia ruerint, non esse despondendum animo. A matutina vsque ad noctem sperare debet Israel in Domino, iam inde à prima vitæ aurora ad vsque occiduum in mortis hora vespere, venia, misericordia, gratia è cælo speranda. Hanc nobis exemplo tuo, ô admirabilis Magdalena, fidem facis, simul & securitatem animo addis, nos peccando & identidem pœnitendo tibi similes tandem etiam misericordia donandos, & quo ipsa peruenisti, peruenturos; ad æternam inquam beatitudinem: cuius confortes ingentus nos Patet & Filius eius vni-genitus ac Spiritus sanctus efficiat, Amen.

I N